INSTITUTIONES JURIS ANGLICANI,

AD METHODUM ET SERIEM INSTITUTIONUM IMPERIALIUM compoſitæ & digeſtæ.

OPUS NON SOLUM JURIS Anglicani Romanique in hoc Regno ſtudioſis, ſed omnibus qui πολιτείαν & conſuetudines inclyti noſtri Imperii penitius ſcire cupiunt, utile & accommodatum.

Authore
JOHANNE COWELLO,
Juris Civilis Doctore, & in Academia Cantabrigienſi profeſſore Regio.

Cum duplici Indice, quorum alter titulos ordine Alphabetico; alter obſcuras Juris Angl. dictiones, earumque explicationem, continet.

Coynes 381.

OXONIÆ,
Excudebat *Hen. Hall*, Academiæ Typographus Impenſis *Ed. Forreſt* An. M. DC. LXXVI.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

Viro Illustrissimo,

Suoque Domino Benignissimo,

HENRICO HOWARDO,

Comiti Northamtonienſi, Baroni de Marnhil, quinque Portuum Præfecto, Equiti de honorifico Garterii ordine, & Sereniſſimi JACOBI Regis Conſiliario dignissimo, omne honoris & felicitatis incrementum optat I. C.

SÆPE multúmque miratus ſoleo (illuſtriſſime *Howarde*) unde orirentur apertæ iſtæ & inveteratæ ſimultates, quas jam diu legum Anglicarum profeſſores, & Juris imperatorii in hoc regno ſtudioſi, invicem exercuerunt. Sed re penitius introſpecta, nullam tantæ invidiæ cauſam tandem inveni præter privatum commodum. Poſtquam enim aliquot annos in harum ſcientiarum comparatione poſuiſſem; eadem utriuſque fundamenta, eaſdem rerum

definitiones diviſioneſque, conſentaneas plane regulas, ſimilia fere ſcita, ſola idiomatis atque methodi varietate diſparata, animadverti; & legem noſtram communem (quam dicimus) nihil aliud eſſe quam Romani & feudalis miſtionem. Ita ut niſi eorum alumni majori fervore proprium lucrum, quàm publicam patriæ ſuæ gloriam, conſectarentur; hæc tam acris controverſia jampridem compoſita, & utrumque jus in unum ſubductum fuiſſet.

Hæc opinio noſtra cum aliquibus viris amiciſſimis doctiſſimiſque, quibuſcum eam obiter communicavi, improbabilis videretur, non quievit animus meus, donec harum inſtitutionum, quas priuato uſui juventutis meo regimini commiſſæ antea deſtinaveram, participatione eam eviciſſem. Atque hac ratione effeci, ut illi non ſolùm in meam ſententiam pedibus accederent, ſed me etiam ad earum publicationem, neſcio quid incredibile divinantes, ſæpe & vehementer impellerent. Primo admodum mihi diſplicuit hæc eorum tam inflammatum deſiderium, verecundanti ſcilicet prodire in publicum, & cenſuram popularem attonitè ſemper pertimiſcenti. Tandem tamen, quia ſolùm meæ exiſtimationis, quæ adeo uſque magna nunquam fuit, periculum tot amicorum ſtudio obſiſtere videbatur: tam honeſtis poſtulatis haud difficulter (ipſi ſuaſores viderint quam prudenter) me ſubmiſi, & ad hæc mea furtæ temporum propalanda animum applicui.

Quamprimum autem ſtatueram hunc libellum in lucem emittere, tuæ tutelæ (nobiliſſime *Howarde*) eum ſtatim deſtinabam: audaciter quidem tam humilem clientem tam ex-

mi-

mio domino, ſed provide tamen tot periculis expoſitum tam magnifico patrono. Et certe utcunque tam familiæ tuæ, generiſque, ſplendor, quam authoritatis ſublimitas, hominem hujus conditionis ab hoc conatu facilè deterrere poſſe videatur; illa tamen morum benignitas, illa naturæ humanitas in te ſemper emicuit, ut é candore, urbanitate, affabilitate, ſolidiorem multo uberioremque gloriam, quam gradus celſitudine, conſequaris. Neque certe hoc mirum in eo, quem ſuis ornamentis accumulando Noetice atque Ethice certare invicem non prius deſtiterunt, quam altera virum ſcientiſſimum, altera optimum te præſtitiſſet.

Olim adoleſcentia tua in Collegio illo vere Regali & ſeminario bonarum literarum fœcundiſſimo ſic tranſacta eſt, ut gravitatis multa urbanitate conditæ, innocentiæ, temperantiæ ſummam laudem (nobilibus in illa ætate non raro denegatam omnes uno conſenſu tibi adſcriberent: induſtriam etiam & diligentiam ſolertiſſimi omnium ſibi imitandam proponerent. In diſputationibus, prælectionibus, perorationibus, cum jam ex ephebis vix exceſſiſſes, frequens fuiſti: in quibus tamen tanta aſſiduitas longiſſime à faſtidio abfuit, exiſtimationemque tuam (quod plerumque fit in aliis) non modo non minuit, ſed ſic auxit quotidie, ut ad omnes omnium ordinum convocandos ſatis eſſet dixiſſe: *Howardus* hodie prodit in arenam. Et ut graviora hæc omittam, totumque illud tempus, quod in Aulam noſtram ſanctæ Trinitatis admiſſus, in juris civilis ſtudium uberrimo cum fructu impendiſti; quilibet fere conſeſſus atque circulus tibi platani Socraticæ,

craticæ, aut Lyceæi Aristoteliei loco fuit: cum in quolibet congressu conventuque familiarium, viros ætate maturos & eruditione præclaros, ad doctam aliquam concertationem provocares: tanta tum subtilitate tum festivitate provinciam tuam tuereris, ut propter acumen, admirationem, propter genii morumque bonitatem, amorem omnium, reportares.

Jam tum mihi misello pusioni multa tui favoris dedisti indicia, quæ usque in hunc diem fecisti quotidie auctiora. Et certe si esset possibile, ut hujus opusculi nuncupatio dignitati tuæ accessionem aliquam faceret, quod ego nec per somnium unquam cogitavi, tu hoc nomine eam maxime promereris, quod duo collegia nostræ Academiæ prædi.a, (quorum alterum munificentissimam altricem, multos annos habebam, alterum gratissimæ provinciæ loco nunc teneo) in patrocinium tuum nuper susceperis: & quæ adolescentiæ tuæ studiis multum decorabas, nunc tandem tota gratia, quam apud regem nostrum (principum terrestrium speculum, Britanniæ columen, virtutis asylum) obtines, te receperis protecturum.

Ad meliorem hujus instituti mei commendationem, judicii tui acerrimi testimonium flagito (Comes honoratissime) quod aliqua ex parte jam antea exploratum habui, quodque contra omnes omnium invidorum aculeos firmissimum mihi præsidium semper ducam. Quanquam neque omnem invidiam hic deprecer: siquidem optime mecum comparatum existimavero, si Themistoclem aliquem hi mei conatus è somno suscitaverint, & largiora illa legum nostrarum volumina putidi idiomatis squalore expurgata, ad Pandectarum Justinianearum ordinem

nem redigere provocaverint. Bellum hercle esset opus, & augusti Jacobi nostri fælici imperio dignum: nec tam immensum quam utile. Siquidem hæc duo regna potentissima, quæ ille non sine magna tum pietate tum prudentia conglutinare cupit, hoc modo facillime non ad legum similitudinem; sed ad similitudinis, quæ est, notitiam redigeret: quo vinculum nullum vel ad conjunctionem arctius, vel ad perpetuitatem firmius, esse potest. Hoc etiam modo fieri posset, ut jus nostrum, quod hactenus linguæ obscuritate involutum barbarismi notam apud exteros vix evasit, universa Europa intelligat ex rationis & naturæ radice efflorescere, æque atque illud imperatorium, unde omnes aliæ nationes Christianæ sui politeumatis formam petunt.

Neque certe leve esset hoc beneficium, quod Jurisconsulti nostrates ipso progressu atque methodo sui studii, ad universalis ejus juris cognitionem tanquam recto tramite, facile producerentur; quod eorum scientiam atque usum non privatis clientulorum suorum causis, aut hujus insulæ cancellis, sed publicis maximisque regni negotiis, & ultimis orbis Christiani, adeoque omnium gentium terminis, definiret: ii etiam, qui juri civili Romanorum operam dant, patriæ suæ longe accommodatiores hoc modo redderentur, quod eam scientiam quam nunc privata & abstrusa generalis prudentiæ θεωρία implicatam & quasi sepultam retinent, in usum popularem regnique utilitatem erogarent.

Jacobus noster serenissimus universam Christianorum pacem meditatur, etiam magna ex parte jam stabilivit: insulam hanc integram non solum ejusdem imperii vinculis constringere,

ſed Eccleſiam etiam eadem rituum ſacrorum formã componere, molitur: ſacrorum Bibliorum tranſlationem corruptelis ſuis defæcatam ad puritatem reducere laborat: iſtis autem tam eximiis pulchriſque conatibus ſi legum etiam noſtrarum levigationem adhibuerit, & earum molem indigeſtam in ordinem redigere dignatus fuerit; non ſolum deceſſores ſuos omnes bene imperandi laude ſuperabit, ſed etiam poſteris regnum tradet undique fœliciſſimum.

Sed iſtæc forte eſt altum ſapere. Reprimo itaque me, & à te (Comes honoratiſſime) intimis votis contendo, ut hujus libri dedicationem æquo animo feras; aut etiam, quia propenſi in te gratique animi pignus eſt, læta fronte & bona mente accipias: meque, quem habes in omni genere officii honori tuo obſtrictiſſimum, eo quo ſoles patrocinio, tuearis. Vale.

Dignitati tuæ devinctiſſimus

J. C.

AD

AD

LEGVM

STUDIOSOS

IN AULA S. TRINITATIS
CANTABRIGIENSI.

PRÆFATIO.

HOC unum in nobis, qui apud Anglos Juris civilis ſtudioſi ſumus, maxime jam diu putavi reprehendendum; quod poſtquam apicem hujus ſtudii per multos labores multaſque difficultates attigiſſe, & integram illam rerum divinarum notitiam pectoribus noſtris iucluſam tenere, videmur, in noſtra tamen Republ. non dico hoſpites & peregrini, ſed plane infantes, maneamus. Patrias enim leges, ſi paucas ad forum eccleſiaſticum pertinentes exceperimus, plerique noſtrum non magis aut ſapimus

pimus aut curamus, quam vulgus imperitum: ſed de quibuſcunque vel levioribus rebus conſulturi ab alieno limine hanc, quam præ nobis ferimus, juſti atque injuſti ſcientiam percontari cogimur.

Hoc nobis jampridem hominibus omni doctrinarum genere exculiis tanto viſum eſt indignius, quod eam Rempubl. incolimus, cujus leges à jure civili tam prope abſunt, quam aliarum per univerſum orbem Chriſtianum quarumcunque: quæ tamen omnes generali hujus diſciplinæ æquitate temperantur, & quaſi condiuntur. Si enim vel Italos quotcunque dominiis inter ſe diſtinctos, vel Gallos, vel Hiſpanos, vel Germanos, vel indigenitales noſtros (nunc etiam plane noſtros) Scotos ſpectemus, nulli horum ſunt, qui feudorum jus non admittunt; qui etiam conſuetudinibus & conſtitutionibus formæ ſuorum imperiorum & nationum ſectæ accommodatis non abundant. hi tamen omnes jus Romanum non amplectuntur ſolum, &

Nocturna verſantque manu verſantque diurna, ſed etiam particularium ſuarum legum ſtudio tanquam auſpicatum fundamentum ſubſtruunt, & quaſi viam Prætoriam præſternunt. Hoc autem nihilo tardius metam optatam aſſequuntur, quam qui olim Pandectas Imperatorum Conſtitutionibus prælibarunt; fructus vero induſtriæ ſuæ longe metunt uberiores. Iſto enim modo fit, ut non ſolum nationis ſuæ leges, ſed etiam omnes alias generali ſaltem notitia perſpectas, habeant.

Non magis itaque nonnullis juris Anglicani candidatis hoc vitio vertere ſoleo, quod ſtatutorum cortici, & particularibus rerum judicatarum exemplis mordicus adhæreſcentes, univerſalem

tem juris naturalis rationem suavemque ἐπιστήμην nihil morantur, quam juris Romani alumnis, quod perpetua rerum exterarum contemplatione abrepti, vel vitæ practicæ curam omnem abjiciunt, vel angustis causarum Ecclesiasticarum cancellis inclusi, latiorem illam fructuosioremque hujus disciplinæ partem ne quidem à limine salutant. Quod etiam eo tetriorem notam nobis Cantabrigiensibus inurit, quod Academiæ nostræ statuta, quorum observationi etiam sacramenti religione astringimur, earum legum, quas habet patria nostra, imperitos nos esse prohibet, ut differentias exteri patriique juris sic cognoscamus. Istarum autem rerum cogitatio me in ejus officii memoriam adduxit, quod tam illa publica prælegendi, quam hæc privatim regendi, provincia mihi imponit: effecitque ut pertentarem aliquando, si ego levem viam vobis patefacere possem, quæ spem aliquam juris Anglicani cum Romano conjungendi simulque adipiscendi, excitaret.

Hic quid assecutus sum vos melius judicaveritis: hoc certe in optione nostra fuit, ut utriusque primordia eodem quasi haustu vobis imbibenda propinarem, & sic in illud honoris curriculum vos tanquam manu adducerem, quod non solum ad commerciorum, quæ nobis cum exteris intercedunt, tractatum, & ad Ecclesiæ procurationem, sed etiam ad Reipubl. in suis partibus administrationem, componere posset. Cujus rei immensitatem non tantam existimabitis, ut desperatione aliqua vos debilitare possit, si priscos illos, Henricum de Bractona, & Johannem Brittonum ad animos vestros revocetis: quorum uterque juris civilis peritissimus, hic etiam Episcopus Herefordiensis, librum de hoc

nostro

noſtro plane excellentem conſcripſit. legimus etiam non in uno loco apud horum priorem, Epiſcopum Dunelmenſem, Ciceſtrenſem, & etiam Abbatem Redingenſem cuidam magiſtro Patſhul & Simoni de Segrave in itinere ſapius fuiſſe adjunctos: quod ſane nunquam factum fuiſſet de viris juris ejus expertibus, quo ſolo omnium Juſticiariorum itinerantium negotia diximuntur. Clericos etiam juſticiarios ad aſſiſas capiendas à majoribus noſtris delegatos eſſe non obſcure liquet. Reſtat itaque, ut ſpem illam, quam hæc noſtra induſtria in vobis peperit, ſumma ope atque alacri ſtudio perſequamini: & priſcorum temporum ſolertiam potius quam recentiorum ſive inertiam, ſive avaritiam, vobis adumbrandam, proponatis. ſic enim eos vos oſtendetis, qui & domi & foris Reipvb. uſui eſſe poſſint. & non tam ad rei privatæ incrementum, quam ſolidam virtutis gloriam, collimant. ut autem Littletonus, olim ſuum filium, ſic ego vos præmonitos multo magis eſſe cupio, ne omnia huc congeſta juri noſtro conſentanea ſtatim exiſtimetis. Neque enim hoc opis eſt noſtræ: talia tamen eſſe non injuria forte polliceor, quæ & antiquitatum noſtrarum repagula vobis aperire, & veſtram in hodierno jure ſcientiam nonnihil promovere, poſſunt.

In hoc autem venia mihi & à vobis & quocunque lectore petenda eſt jus quod dictionib. & phraſibus minus latinis aliquando in hoc opere utar. Siquidem quædam voces tam ſimplices quam compoſitæ τῷ ῥήματι & quaſi ſectæ juris Anglicani ſic accommodantur & illigantur, ut voces artis & præſcriptæ formulæ plane ſint, aliterque expreſſæ nativam integritatem amittant. Exempla poſſunt eſſe (Facere legem, vadiare

diare legem) & *multæ similes. Præterea cum prudentum nostrorum, qui latine scripserunt, authoritates recensearn, ipsorum verbis maxima pro parte uti: ne forsan studio elocutionis ipsorum poliendæ abductus, sententiam non satis exprimerem, atque ita non in verborum selectione nimis delicatum, in rerum explicatione minus castum syncerumque me ostenderem. Valete optimum, & hos nostros conatus æqui consulite.*

I

Proœmium.

IN Rege, qui recte agit, necessaria sunt duo hæc; arma videlicet & leges; quibus utrumque tempus bellorum & pacis recte possit gubernari. Utrumque enim istorum alterius indiget auxilio, quo tam res militaris possit esse in tuto, quàm ipsæ leges usu armorum & præsidio possint esse servatæ. Si autem arma defecerint contra hostes rebelles & indomitos, sic erit regnum indefensum: si autem leges, sic exterminabitur justitia, nec erit qui justum faciat judicium *a*.

a *Bract. l.* 1. *c.* 1. *nu.* 1. *vide etiam Brittonum in proœmio sui libri. Fleta in præfatione totius operis: & l.* 1. *c.* 17. *per totum.*

INSTI-

INSTITUTIONUM JURIS ANGLICANI

LIBER PRIMUS.

De Justitia & Jure.

TIT. I.

JUSTITIA est constans & perpetua voluntas jus suum cuique tribuendi *a*.

§. 1. Jurisprudentia est divinarum atque humanarum rerum notitia, justi atque injusti scientia *b*.

§. 2. Juris præcepta sunt hæc: honeste vivere, neminem lædere, jus suum cuique tribuere *c*.

§. 3. Jus est publicum vel privatum. Est autem jus publicum, quod ad statum Reipublicæ pertinet: & consistit in sacris, in sacerdotibus, & magistratibus. Interest enim Reip: ut habeat Ecclesias, in quibus homines veniam petant peccatorum suorum. Expedit etiam esse sacerdotes,

a *Bract. l. 1. c. 4. n. 2. ubi prolixam habes hujus definitionis explicatio. Flet. l. 4. c. 1 in princ.*

b *Bract. eodem, nu. 4.*

c *Idem Eodem nu. 6.*

dotes, à quibus de peccatis noſtris pœnitentiam accipiamus, & qui orent pro nobis, & Dei adjutorium nobis acquirant & providentiam. Expedit quoque Magiſtratus Reipublicæ conſtitui, quia per eos, qui juri dicendo præſunt, effectus rei accipitur. Parum eſt enim jus civile eſſe, niſi ſint qui poſſint jura gerere *a*.

a Bract. l. 1. c. 5. n. 6.

§. 4. Jus autem privatum eſt, quod ad ſingulorum pertinet utilitatem principaliter, & ſecundario pertinet ad Rempub. unde dicitur: Expedit quidem Reipublicæ quis re ſua male utatur: Et ſic vice verſa. Quod Reip. pariter intereſt, hoc ſecundario reſpicit utilitatem ſingulorum. Eſt etiam hujuſmodi Jus privatum tripartito collectum; aut ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut civilibus. *b*

b Bract. l. 1. c. 5. n. 3. Flet. 1. 6. c. pri. in princ.

DE JURE NATURALI, GENTium, & civili.

TIT. II.

JUS naturale eſt, quod Natura, id eſt, Deus, omnia animalia docuit *c*.

c Bract. l. 1. c. 5. nu. 4.

§. 1. Jus gentium eſt, quo gentes humanæ utuntur, & quod à naturali jure procedit: eo quod jus naturale omnibus animalibus commune ſit, quæ in terra, quæ in mari naſcuntur, & quæ in aere *d*. A jure enim gentium deſcendit maris atque fœminæ conjunctio *e*, & fit per mutuam utriuſque voluntatem, quæ matrimonium appellatur; corporalis tamen conjunctio facti eſt; Nec proprie dici poteſt Jus, cum ipſum ſit corporale & videatur; Jura autem omnia ſunt incorporalia & videri non poſſunt, quæ deſcendunt & introducta ſunt jure gentium. Ab eo

d Idem l. 1. c. 5. 5. n. 6.

e Vid. Plow caſu Cleere. v. Broke f. 445.

eo tamen jure deſcendit liberorum procreatio & educatio, id eſt, nutrimentum *c*. Hæc autem Jus gentium ſolum hominibus commune eſt: veluti erga Deum religio: ut parentibus & patriæ pareamus: *ut vim atque injuriam* propulſemus. Nam de jure hoc evenit, ut quod quis ob ſui corporis tutelam fecerit, jure feciſſe exiſtimetur *d*. A jure etiam gentium ſunt ſervitutes *e*, bella, ſeparatæ & diviſæ gentes, regna condita, & diſtincta dominia, manumiſſiones, termini agris poſiti, ædificia collata & vicinata: ex qua collatione fiunt civitates, burgi, villæ. Et generaliter Jus gentium ſe habet ad omnes contractus & ad alia plura *f*.

c *v. Plowd. caſu Sherington fo. 303. b. 304. a. cum ſeq.*

d *Bract. l. 1. c. 6. nu. 7.*

e *Idem eod.*

f *Idem l. c. 5. nu. 6, 7, & 8.*

§. 2. Jus civile Anglorum (ab ipſis lex communis frequentius appellatum) quod ad verba attinet, πολύσημον eſt, triplicemque habet ſignificationem. Primo enim accipitur univerſaliter pro illo jure, quo Angli utimur, ab illo Romanorum vel nationis exteræ cujuſcunque diverſo & diſtincto. Deinde pro prætoriis *vel tribunalibus illis duobus*, banco Regis, & communium placitorum. Nam ſi cauſæ alicujus cognitionem, vel ad curiam Baronis cujuſquam vel comitatum, vel nundinariam illam pedis pulveriſati, vel aliam quamcunque curiam non pertinere, ſed ad jus commune dicimus, hic intelligimus duo illa prætoria: quia nimirum illa ſingulas cauſas juxta juris communis reſcriptum religioſe dirimunt *a*. Licet etiam certi caſus ſint, in quibus tam in Cancellaria, quam in Scaccario domini regis, ſuper brevi originali proceſſus inſtituitur, & juxta legem communem judicium fit *b*. Tertio ſumitur pro eo jure, quod juri ſtatutario eſt oppoſitum *c*.

a *Doct. & Stud. l. 2. c. v. Bract. l. 1. c. 5. n. 5.*

b *Plow. fo. 9. b.*

c *Cocus l. 3 caſu de finibus f. 86. v. ter. juris verbo Commonly.*

§. 3. Jus civile Angliæ ſecundum quoſ-

dr. *Plowd. caſu Minos fo.* 316. *a.* & *Doct. & Stu. l.* 1. *c.* 4. *quæ omnia fuſe explicat in capitibus ſeptem ibi proxime ſeq. De particularibus locorum conſuetudinibus. v. etiam Britonum. c.* 72 & 103. *v. Plowd caſu Remig. fo.* 9. *b.* & *Domin. de Forteſc. c.* 13. *quem lege uſque ad c.* 19. *Cocus in præf. ad l.* 4 & *v. Cocum in præf. l.* 3. *Dominus de Fortiſcuto c.* 9. & *c.* 18. *v. etiam Bract. l.* 1. *c.* 2. *nu.* 7. & *v. Fitzher. nat. brev. titulo Protection. fo.* 28.

dam, ſex præcipue nititur fundamentis; lege nimirum rationis *d*, lege divina, generalibus Regni conſuetudinibus, nonnullis principiis ſive maximis, particularibus locorum conſuetudinibus, & Statutis *e*. Sed ſi iſta contractius tradi cupiamus, Jus Angliæ duas habet partes: Conſuetudines nimirum veteres, tam communi populi ſponſione, quam Regis ſacramento comprobatas, & ſtatuta, quæ ad dictarum conſuetudinum vel ſupplementum vel etiam emendationem communi regni concilio ſanciuntur. Harum autem utraque ex jure naturali atque gentium, ſicut & aliæ leges quæcunque, ſaltem juſtæ atque rationi conſentaneæ, omnino derivantur. Atque ita jus noſtrum in ſcriptum & non ſcriptum accommodate diſpertiri poſſumus *f*. Alii leges Angliæ tripartitas faciunt, jus commune, conſuetudines, & decreta Comitiorum *g*.

§. 4. Jus ſcriptum apud nos, ſaltem quod in uſu eſt, continet ſtatuta *h*. Illa autem non a ſola principis voluntate proficiſcuntur, ſed univerſi regni conſenſu per Regem ad hoc convocati ſtabiliuntur *i*. Sic tamen ut Regis approbatio neceſſario requiratur.

§. 5. In hoc tamen Rex Anglorum legibus eſt ſuperior, quod privilegia pro arbitrio ſuo, dummodo tertio non injurioſa, perſonis ſingulis, vel etiam muncipiis aut collegiis concedere poſſit *k*. In quibus etiam ſi dubitationes aliquæ oriantur, aliquorum opinione ipſe ſolus earum interpretandarum poteſtatem habet.

bet *a*. licet alii justitiariis quoque regiis hanc potestatem adscribant, ut chartas regias juxta juris regulas explicare possint *b*.

§. 6. Sed contingunt aliquando causæ, quibus nec vetus consuetudo, nec statutum aliquod satis prospexit. Has itaque Justiciarii regii ex similitudine rationis procedentes juxta res prius judicatas, adhibita nonnunquam solenni omnium disceptatione *c*, dirimunt. Sin vero aliqua talis difficultas inciderit, quæ altiorem indaginem exposcit, tunc ponitur judicium in respectum usque ad magnam curiam (parlamentum scilicet) ubi per consilium curiæ terminatur *d*.

§. 7. Jus non scriptum constat ex veteribus regni consuetudinibus, quæ quidem pro lege observantur *e*. Ita ut Rex in coronatione sua ad harum observationem sacramento astringatur *f*. statutum tamen, si consuetudini cuiquam adversetur, eam tollit *g*. Consuetudo autem est vel generalis vel particularis. Generalis est illa, quæ universum regnum æque custodit, & lex communis proprie apud nos dicitur *h*. Particularis quæ in diversis comitatibus, civitatibus, burgis, villis aut feudis sive maneriis vim obtinet *i*. Publica etiam Angliæ prætoria suas habent consuetudines, quas instar legum religiose observant *k*. Consuetudo tamen & legi & rationi repugnans abolenda est *l*.

a Bract. l. 2. c. 16. nu. 3. Britto. c. 63. Fleta. c. l. 3. c. 14. sect. De chartis.

b v. Cocum l. 1. casu de Altawoode sparsim.

c Novi terior. verbo. Demurrer.

d Bract. l. 1. c. 2. n. 17.

e Bract. l. 1. c. 3. nu. 2. Littletonus. l. 2. c. 10. Cocus l. 4. fo. 21. copyhold cases.

f Dominus de fortiscuto c. 34.

g De & Stud. lib. 2. c. 15. noviter. jur. præscrit. v. Plowd. casu Biston fo. 495. b. 1. c. 1. num. 2. & c. 5. num. 5.

h Bract. l. corporationum. f. 78. a. D. & Stud. l. 1. c. 8. & 10. Novus liber in tratio-

i Cocus l. 4. cas. num. verb. Custom. Kitchinus c. Custom. f. 102.

k Cocus l. 2. casu Lane fol. 16. b. & 17. a & l. 4. copiholds. nu. 7. f. 23. 24. & casu Slade fo. 93. b. l. Plowden. casu Bret fol. 400. a.

§. 8. Jura naturalia sunt immutabilia *m*. At Jus civile Anglorum potest eorum consensu mutari, quorum consilio est promulgatum *n*, sic tamen ut rationi aut legi naturali nunquam sit adversum *o*.

§. 9. Omne jus, de quo tractare proposuimus, pertinet vel ad personas, vel ad res, vel ad actiones secundum leges & consuetudines Anglicanas. Et cum digniores sint personæ, quarum causa statuta sunt omnino jura, ideo de personis primo videamus, & de earum statu, qui varius est & diversus *p*.

m. Plowd casu Partrige fol. 88. *b. Fleta lib.* 1. *c.* 4. *in fine.* *n D. & Stud. l.* 1. *c.* 19. *Statutum Justitiar: l.* 3. *c. Ingement homicid: Sect: Sept chuses*

o *Bract. l.* 1. *c.* 9. *in prin: Fleta l:* 11. *c.* 1.

DE JURE

Personarum.

TIT. III.

ESt autem prima divisio personarum hæc & brevissima, quod omnes homines aut liberi sunt aut servi *a*.

a *Bract. l.* 1. *c.* 6. *in prim: Flet: l.* 1. *c.* 1.

§. 1. Est autem libertas naturalis facultas ejus quod cuique facere libet, nisi quod jure aut vi prohibetur *b*. vel etiam definitur, evacuatio servitutis; quia recte contrario modo se habet *c*.

b *Bract. eodem n.* 2. & *l.* 1. *c.* 19. *nu.* 4.

c *Flet. l.* 1. *c.* 1.

§. 2. Est quidem servitus constitutio juris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subjicitur; & dicitur à *servando*, non *serviendo*. Antiquitus enim solebant principes captivos vendere, & ideo eos servare & non occidere *d*. Quare cum postmodum libertas donantur

d *v. Britt. fo.* 77.

donantur, dicuntur manumissi, quasi de manu demissi *e*.

e *Bract. eodem nu.* 3.

§. 3. Servi autem aut nascuntur, aut fiunt. Nascuntur ex *nativo* & *nativa* alicujus copulatis vel solutis (quod etiam in *nativo* & *libera* verum est *f*) sive sub potestate *domini* constituti sint, sive extra potestatem. Item nascitur servus qui ex nativa soluta generatur, quamvis ex patre libero, quia sequitur conditionem matris quasi vulgo conceptus *g*. Et è contra qui ex libera illegitime nascitur, licet à servo procreatus, liber nascitur, quia lege nostra nullius reputatur filius *h*. Eos, qui nascuntur servi, servos *per præscriptionem* aliter nostri vocant *i*; sicut & illos forte vocare possent liberos per præscriptionem, quos negligentiâ dominorum liberos facit *k*.

Britton. c. 31. *Speculum Justitiariorum l.* 2. *c. des Naifs Flet. l.* 1. *c.* 3.

f *Littleto. l.* 2. *c.* 11.

g *Bract. eodem nu.* 4. *Britt. d. c.* 31. *Flet. l.* 1. *c.* 3.

§. 4. Qui apud nos nativi dicuntur, iidem fere sunt, qui apud Romanos adscriptitii glebæ dicti sunt: ii nimirum qui cum agro una serviebant domino, & cum fundis mancipabantur, alienabanturque *l*. Hos nostri *Villanos regardantes* dicunt *m*, quia nimirum villis inserviunt. De eis antiqui Juris nostri scriptores hæc habent. Servus natione dicitur de libero genitus, qui se copulavit villanæ in villenagio constitutæ, sive copula maritalis intervenerit, sive non: Hodie tamen soboles quæ per libe-

Spec Fustic. d. l. 2. *d. c. des Naifs.*

h *Bract. l.* 1. *c.* 6. *Fustitio. jurisprudentiæ communis c.* 34.

i *Littlet. l.* 2. *c.* 11.

k *b. qui sunt. v.*

Bract. l. primo c. 10. *n.* 3. *Flet. l.* 1. *c.* 7. *sec. penul & final. & l.* 4. *c.* 11. *f.* 1. *v. Dier. f.* 60. *n.* 23. l *Bract. d. l.* 1. *c.* 6. *in princ.* m *Littlet. l.* 2. *c.* 11. *v. quoque Britton. c.* 60. *f.* 165. *b. & Bract. l.* 1. *c.* 11. *n.* 1. *& c. v. Specul. Justit. l.* 2. *d. c. des Naifs.*

a Fitz. nat. br. f. 78. G. per consequentiam: quia mater per tale matrimonium libertatem assequitur.

nata ex nativa in matrimonio suscitatus liber est a.

§. 5. Item vice versa, si villanus ingrediatur ad liberam in liberum tenementum, partus proveniens erit servus. Si autem ex nativo tinus & ex nativa alterius, tunc refert in cujus villenagio, ut per hoc videatur cujus servus esse debeat, & quem sequi debeat partus, patrem vide vel matrem, secundum quod copulati fuerint vel soluti, & secundum quod fuerint sub potestate dominorum, vel extra. Item si à libero & soluta, partus erit nativus, quia sequitur conditionem matris. Si autem ex nativa & libero extra villenagium copulatis, & in libero thoro, liber erit, ac si de libera & libero b.

b Bract. l. 1. c. 6. n. 4. Britton. c. 31. Flet. l. 1. c. 3.

§. 6. Fiunt servi captivitate de jure gentium. Bella enim orta sunt, & captivitates secutæ. Fit etiam jure civili liber homo servus per confessionem in curia Regis factam: ut cum aliquis homo sit in curia Regis, & se cognoscat de villanum c. Item liber homo fit servus secundum veteres d. si cum semel manumissus fuerit ob ingratitudinem in servitutem revocetur, sed recentiores hoc negant e. Item si liber homo fugitivus, cum ab initio clericus vel monachus factus fuerit, & postea ad secularem vitam redierit: quia talis debet restitui domino suo f. Servi, qui fiunt, villani in grosso à nostris appellantur, quia per se subsistunt, nec prædio alicui adhærent vel adscribuntur g. Omnes tamen qui villani in grosso sunt, non fiunt servi quia à captivis nostris, vel etiam iis qui aliquo alio horum modorum servi fiunt, soboles servi procreari potest: quæ quam primum nascitur, in potestatem domini, non minus quam nativorum progenies, cadit.

c Bract. l. 1. c. 6. nu. 4. Britt. c. 31 & 43. Fleta l. 1. c. 3. 5. sunt & Littleton. l. 2. c. 11.

d Bract. l. 1. c. 6.

e Dominus de fortis. cut. c. 46.

f Bract. l. 1. a. c. 6. nu. 4. Fle. a. l. 1. c. 3. sect. fi. ant.

g Litleton. l. 2. c. 11.

§. 7. Libera

§. 7. Libera mulier nubens villano villana non fit. Hoc que fit favore libertatis contra communem juris nostri regulam, qua dicitur uxor eadem cum viro caro fieri *a*. Et si liber villanam desponsaverit, liberam facit *b*.

§. 8. Hæc vetus Cornubiæ dicitur esse consuetudo, ut si liber homo ducat nativam aliquam in uxorem ad liberum tenementum & liberum thorum, si ex eis duæ procreentur filiæ, una libera sit, altera villana *c*.

§. 9. Servorum una est conditio substantialis. Quicunque enim servus est, ita est servus sicut alius, nec plus nec minus *d*.

§. 10. Est denique apud nos certa personarum conditio servorum instar, libera tamen & ingenua: eorum nimirum quos Apprenticios dicimus, qui ad artem aliquam mechanicam, sive aliam mercenariam perdiscendam heris suis conventione sua *e*, parentum, vel gubernatorum *f* astringuntur. Hi enim in herorum potestate sunt, durante tempore conventionis, & illis acquirunt, non sibi vel parentibus suis: nisi aliter tamen conventum fuerit. Conventio n. legem vincit *g*. Hi dominis spondent haud pauca, & hæc præcipue: quod per tempus conventum bene & fideliter domino suo servient; secreta sua celabunt; præcepta sua licita & honesta libenter ubique facient; fornicationem neque in domo domini, neque extra committent; quod infra terminum non recedent, nec diebus aut noctibus se elongabunt; damnum ei non facient, nec fieri videbunt quod impedire poterunt, quin illud pro toto posse suo impedient, aut prædictum herum suum inde statim præmunient; bona denique heri sui inordinate non devastabunt, nec ea alteri accommodabunt

a *Fitzh. nat. br. fo. 78. G. licet Dominus de forti scuto contra dicat c. 42.*

b *Fitzh. eodem.*

c *Bract. l. 4. tract. 3. c. 13. num. 2.*

d *Bract. l. 1. d. c. 6. n. 3. Britt. c. 31. Fleta. l. 1. c. 3. d. sect. sunt.*

e *v. an. 5. Eliza. c. 4. fo. 25.*

f *v. an. 43. Eliz. c. 15.*

g *Bract. l. 1. c. 15. & l. 5. tract. 2. c. 3. nu. 7. & l. 5. tract 3. c. 9. num. 12.*

ſine ejus præcepto & ſpeciali mandato: tabernas ex conſuetudine non frequentabunt, niſi ſit cauſa mercandizandi, ac commodum dicti heri vel magiſtri ſui ibidem faciendi: ad talos, aut ad ſcaccarium non ludent, unde idem magiſter ſuus damnum incurrat: matrimonium aut ſponſalia cum aliqua muliere infra terminum non contrahent: cum argento ſuo proprio aut alieno non mercandizabunt ſine licentia & voluntate dicti magiſtri ſui: ſed bene & fideliter ſe habebunt in omnibus tam dictis quam factis, ſicut bonus & fidelis Apprenticius ſe habere debet *a*.

a Novus liber intrationum verbo covenant in Apprentic.

DE INGENUIS

TIT. IV

a Dominus de Fortiſcuto c.42. Fleta l.2. c.4.

LIber eſt ingenuus vel libertinus. Ingenuus eſt is dicendus, qui ſtatim ut natus eſt, liber eſt: ſive ex duobus liberis & ingenuis, ſive ex duobus libertinis, ſive ex uno ingenuo & altera libertina, ſive naſcatur ex matre ancilla & patre libero *a*: dum tamen extra villenagium & in libero thoro: dum etiam ex matrimonio *b*.

b v. ſup. tit. prox. ſect. 4. in fine.

§. 1. Item ſi ex matre libera & ſervo extra matrimonium. Et ſufficit matrem eſſe liberam, vel tempore illo quo concepit, vel tempore quo parit, vel ſaltem in medio illorum temporum. Licet ancilla ante partum facta fuerit. Quia non debet calamitas matris ei nocere qui in utero eſt *c*.

c Bract. l.1. c.6. num. 5. Fleta. l.1. c.4. & v. Litleton l.2. c.11.

§. 2. Item ſi quis liberos habens, ſe in curia domini in villanum cognoſcat, liberi quos habet

ber ante talem cognitionem, ingenui ſunt; quos poſtea, ſervi ſive villani *d*.

d *Bract. ubi ſupra.*

DE LIBERTINIS.

TIT. V.

LIbertini ſunt, qui ex juſta ſervitute manumiſſi ſunt. Et dicitur libertinus, quaſi liberatus à ſervitute *a*. Eſt autem manumiſſio datio libertatis, id eſt, detectio, ſecundum quoſdam: quia libertas, quæ eſt de jure naturali, per jus gentium auferri non potuit, licet per jus gentium fuit obfuſcata *b*.

a *Bract. l. 1. c. 6. num. 6. Fleta l. 1. c. 4.*

b *Bract. l. 1. c. 5. num. 8. Fleta. ubi ſupra.*

§. 1. Manumiſſio fit duobus modis: expreſſe nimirum, vel implicite & tacite *c*. Expreſſa item manumiſſio duplex eſt, una quæ ſcripto fit: ut cum dominus chartam vel inſtrumentum manumiſſionis ſervo ſuo dederit: altera quæ facto fit, priſcis uſitatior: ut cum dominus, vicinis ſuis præſentibus, villanum ſuum capite ſuſceperit, dixeritque: volo ut hic liber eſto; atque, hoc dicto, illum è manibus ſuis dimiſſum prorruſerit *d*.

c *Dyer fo. 60. num. 23. & fo. 266. & 267. nu. 11.*

d *Bract. l. 1. c. 5. nu. 8. Novus liber terminorum juris verbo Manumiſſio. v. etiam Britonum. c. 31. quot modis ſervus libertatem adipiſcitur.*

§. 2. Lambertus in ſua ἀρχαιονομία e formam manumiſſionis apud majores noſtros ſic deſcribit: Si quis velit ſervum ſuum liberum facere, tradat eum Vicecomiti per manum dexteram in pleno comitatu: & quietum illum clamare debet à jugo ſervitutis ſuæ per manumiſſionem: & oſtendat ei liberas portas & vias; & tradat illi libera arma: ſc. lanceam & gladium: & deinde liber homo efficitur.

e *fo. 126.*

§. 3. Manumiſſio implicita eſt, cum dominus ſcripto aliquo obligatorio ſe ſervo nexue-

rit pro solvenda aliqua summa in diem certum? vel etiam contra eum actionem instituerit pro re aliqua, quam ut suam vendicare potest: cum annuum reditum illi concesserit, vel eum infeoffaverit in terris *a*, aut terras per chartam illi locaverit ad terminum annorum vel vitæ: aut denique aliquid simile illi fecerit, quod homines non nisi liberis facere solent *b*.

§. 4. Si villanus fiat sacerdos secularis, dominus potest eum nihilominus vendicare in servitutem, & bona ejus seisire *c*: sed si religionem ingressus fuerit, aliter se res habere videtur, quia jam juris fictione mortuus est *d*.

a *Fleta. l. 3. c. 13. in prin. l 4. c. 11. sect excipe autem.*

b *Bract. l. 4. tract. 1. c. 21. num. 3. fo. 192. b. & 22. Brokus tit. villenage. Specul. Justiciar. d. l. 2. t. des Naifs.*

c *Spec. Justic. l. 2. d. c. des Naifs.*

d *Litlet. l. 3. c. 11.*

QUIBUS EX CAUSIS MANUmittere non licet.

TIT. VI.

TAm exiguus his temporibus relinquitur sive servorum, sive villanorum numerus apud nos, ut eorum manumissionis modum aliquem imponi non sit opus. Scriptores itaque nostri hic tacent. Atque ut ego hunc locum verbo concludam, manumissio eisdem legibus contineri videtur, quibus & alii actus legitimi: ita ut nec minori 21. annis, nec qui sui compos non est, nec denique quisquam non sui juris manumittere possit: reliqui omnes, nisi in fraudem creditorum quid fiat, arbitrio suo hic relinquantur.

DE

DE LEGE FUSIA CANINIA tollenda.

TIT. VII.

NEque hujus legis, quæ ab ipſis Romanis ut invida & inhumana, ante tot ſecula abrogabatur, aliquis apud nos uſus eſt.

DE HIS, QUI SUI, VEL ALIENI juris ſunt.

TIT. VIII.

DIctum eſt ſupra de ſtatu perſonarum: nunc ſuppononenda eſt alia diviſio. Eſt autem hæc diviſio talis, quod omnis homo aut ſui juris eſt, aut alieni *a*.

§. 1. Sui juris ſunt omnes qui non ſunt in alterius poteſtate; cognitis autem perſonis, qui ſunt alieni juris, per conſequens ſciri poterit omnes alios eſſe ſui juris *b*.

§. 2. In poteſtate igitur alienâ ſunt ſervi: quæ quidem poteſtas dominorum in ſervos à jure gentium eſt. Hæc autem aliquando fuit & vitæ & necis ſervorum. Sed nunc coarctata eſt per jus noſtrum civile: ita ut vita & membra ſint in poteſtate Regis. Unde ſi quis ſervum ſuum occiderit, non minus punietur quam ſi alienum occiderit. Expedit enim Reipublicæ ne quis re ſua male utatur. Et in hoc legem habent contra dominos, quod ſtare in judicio poſſunt contra eos de vita & membris propter ſævitiam dominorum, vel propter intolerabilem injuriam

a. Ut

a Bract. l. 1. c. 9. in prin. Fleta l. 1. c. 5. ſect. ſequitur.

b Bract. ibidem num. 2.

a *Ut mabemium. Litle. l.* 2. *c.* 11.

a. Ut ſi eos deſtruant, quod ſalvum non poſſet eis eſſe wainagium ſuum. Hoc autem verum eſt de illis ſervis, qui tenent in antiquo dominio Coronæ: ſed de aliis ſecus eſt. Quia quandocunque placuerit domino, auferre poterit villano ſuo wainagium ſuum, & omnia bona ſua *b*.

b *Bract. l.* 1. *c.* 9. *nu.* 3. *Fleta l.* 1. *c.* 5. *ſect. in poteſtate.*

§. 3. Perſonarum etiam ingenuarum quædam ſunt in poteſtate aliena, ut pote minores in curatione parentum, vel amicorum, aut in tutela dominorum *c*.

c *Fleta. l.* 1. *c.* 9. *in principio.*

DE PATRIA POTESTATE.

TIT. IX.

a *Bract. l.* 1. *c.* 9. *num.* 4. & *l.* 2. *c.* 29. *nu.* 4. *v. ſtatutum Mert. an.* 2. *H.* 3. *c.* 9. *b terminor juris verbo Baſtardy. v. Fletam l.* 6. *c.* 1. *ſect. liberorum & ſeqq.*

IN poteſtate autem parentum ſunt filii, qui naſcuntur ex juſto & legitimo matrimonio. Idem in nepotibus & pronepotibus quantum ad avos & proavos paternos *a*. Sed de nepotibus & pronepotibus hoc verum eſt, ſi pater eorum moriatur, & ipſi nullo modo de poteſtate exiverint *b*.

b *Bract. l.* 1. *c.* 10. *in prin. Britt. c.* 119. *fo.* 270. *a. Fleta. l.* 1. *c.*

§. 1. Qui autem ex damnato coitu naſcuntur, inter liberos non computantur, ſicut ex adulterio & ejuſmodi. Item qui contra formam humani generis converſo more procreantur: veluti ſi mulier monſtroſum vel prodigioſum ſit enixa. Partus, autem qui membrorum officia ampliavit, ut ſi ſex digitos habeat, vel ſi quatuor tantum, vel ſi tantum unum, talis inter liberos connumerabitur *a*.

6. a *Bract. l.* 1. *c.* 6. *nu.* 7. & *l.* 4. *tract.* 3. *c.* 13. *nu.* 3. *Fleta. l.* 1. *c.* 5. & *l.* 4. *c.* 17. *ſect. vertitur etiam. v. quoque Fletam. l.* 6. *c.* 56. *ſect. & non ſolum.*

§. 2. Ve-

§. 2. Verum intelligendum est veterem illam potestatem, quam Romani in suos liberos habuerunt *b*, multo apud nos esse remissiorem. Nam Angli per solam liberorum suorum, qui adhuc minores 21. Annis sunt, industriam sibi acquirunt; idque ea conditione, si apud se retineant, & in suis negotiis retentos suis negotiis exerceant, & victum vestitumque illis suppeditent. Nam si aliis tradantur in aliqua arte instituendi, heros suis laboribus reddunt locupletiores, nisi tamen aliter conventum fuerit, quia conventio legem vincit *c*.

b *De qua vide Institutiones imperiales eod. tit.*

c *Bract. l. 2. c. 5. & alibi multoties.*

§. 3. Quodcunque peculium sive adventitium sive profectitium, nedum castrense, liberis contingit, ejus nec usum fructum quidem pater assequitur, sed rationi ejus reddendæ, cum filius ad plenam ætatem peruenerit, obnoxius manet. Ut loquar quod res est; potestas patria apud nos amorem illum paternum, & officium liberorum potius redolet, qui juris divini & naturalis vigore omnium mentibus instinguitur & instillatur, quàm aliquo juris civilis vinculo continetur *d*. Nam Decalogie authoritate, quam Romani veteres ignorabant, honorem patribus præstandum, idque divinæ benedictionis promissione sudemus: & in refractarios hoc unico patres utuntur fræno, quod spem hæreditatis & patrimonii omnem illis amputare & præscindere possint, sæpeque nec vanum minitentur.

d *v. Cocum. l. 3. casu Ratcliff fo. 37. b. & 38. c. b. e Exod. 20, 12.*

§. 4. Custodiam tamen minorum habemus duplicem: alteram jure communi alteram, statutis regni institutam *a*. Et verum est patri jure communi dari actionem transgressionis contra eum, qui filium & hæredem suum abduxerit. Quæ actio hac ratione sustinetur, quod maritagium filii sui ad se pertinet *b*.

a *Cocus ubi supra.*

b *Brokus tit. Treſpas num. 92.*

§. 5. Ma-

§. 5. Matrimonium autem est viri & mulieris conjunctio individuam vitæ consuetudinem continens *c*. Imo tam arcta est hæc jure nostro conjunctio, ut vir & uxor eadem persona reputentur *d*, quemadmodum eadem cura jure divino *e*.

§. 6. Qui filii ex justo matrimonio nascuntur, qui ex coitu illicito? Episcopus loci dijudicat secundum canones & statuta regni; & de hoc Regem, quandocunque exigitur, vel Justitiarios suos certiores reddit *f*.

§. 7. Secundum legem & consuetudinem Angliæ bastardus est qui nascitur ante sponsalia vel matrimonium *g*. Sed qui non antea nuptam uxorem ducit sive per se, sive per alium gravidam, prolem licet continuo natam, suam facit & legitimam. Nuptiæ enim hoc casu filium probant *h*. Ei autem, qui viduam gravidam capit, distinctione opus est: utrum nimirum aperte gravidam duxerit, an ita dubie, ut non certe constet priori enim casu prioris mariti partus sit, altero vero posterioris *i*.

c *Bract. l.* 5. *tract.* 5. *c.* 25. *nu.* 2. *c.* 3. *nu.* 8. & *l.* 2 *c.* 14. *Brit. c.* 107. *Flet. l.* 5. *c.* 25. Sect. *Dotis enim.*

d *Brokus villenage* 39. *quem quoque vide per integrum titulum Baron & feme. D. & Stud. l.* 1. *c.* 24. *in fine. Perkinus tit. Feoffments.* 217.

e *Gen.* 2. *v.* 24. *Fleta. l.* 9. *c.* 19. *in prin.*

f *Liber novus intrationum tit. Bastardy fo.* 104. *Brokus eod. tit. Bract. l.* 5. *tract.* 5. *c* 61. *num.* 3. &c. 19. *nu.* 2. & *d.* 25. *c. d.* 3. *sta.* 2. *ca unico. Glanvil l.* 7. *ca.* 13. & 14.

g *Glanvil. l.* 7. *c.* 15. *Bract.* 5. *tract.* 5. *c.* 19. *nu.* 2. & *an.* 20. *H.* 3.

h *Fleta l.* 1. *c.* 5. *in fine.* & *c.* 14. & 15. *quod totum.*

i *Novi termini juris verbo Bastardic.*

DE NUPTIIS.

TIT. X.

UXor quoque jure Anglicano in potestate vel sub virga viri sui est *a*, eoque officio illi obstricta, ut si conscia sit sceleris alicujus per virum suum perpetrati, idem reticendo non puniatur *b*. Illud tamen, quantum potest, impedire debet *c*: &, secundum veteres, si furtum *sub clavibus* ejus inveniatur, simul cum viro tenetur, & sola etiam, si furtum in manu sua deprehendi contigerit *d*. Hodie tamen hoc jus sic mutatum videtur, ut si fœmina viri impulsu furtum faciat, feloniam non committat *e*.

§. 1. Eodem etiam vinculo obligatur mulier quæ servo nupserit. Nam si fœmina, quæ cum aliis sororibus cohæres est, servo copulatur, propartem suam ante tempus petere non potest; id est, ante mortem mariti *f*. Breviter quodcunque vir, durante matrimonio, de terris uxoris suæ agat, si finem coram Rege levatum exceperimus, illud illa supervivens post mortem ejus dissolvere potest, tanquam, tum actum, cum illa maritali obsequio per leges astricta ei contradicere non potuerit *g*. Imo vero secundum aliquos veteres usque adeo mulier tenetur obedire viro suo, ut si vir dotem e-

a *Dier. fol.* 79. *num.* 51. *v. hujus rei rationem apud Plow. casu Sherington fol.* 305. *a. v. inf. titu.* 8. *l.* 2. *Sect.* 3.

b *Glanvil l.* 11. *c.* 3. *Bract. l.* 1. *c.* 6. *num.* 2. *& l.* 2. *c.* 15. *& l.* 5. *tract.* 5. *c.* 17. *num.* 2. *l. nov. intr. tit. Debt. in fine. Spec. Justitiar. l.* 3. *c. Jud. ement de homicid.* c *Fleta l.* 1. *c.* 38. *Sect. Uxor autem.* d *Fleta ibid.* e *Fitzh. tit crowne.* 99. *Brocus ibid.* 108. f *Bract. l.* 5. *c.* 25. *num.* 2. *v. Fletam l.* 4. *c.* 12. *nu. pri.* g *v. Plowd. casu Osborn fol.* 265. *a. & an.* 32. *H.* 8. *c.* 28.

jus

h *Glanvil.* l. 2. c. 3.
a *Littleton. l. 2. c. 4.*
b *Bract. l. 2. c. 36. num. 3. v. Institut. jure comm. c. 24. & Dier. fol. 143. num. 56.*
c *Bract. ubi supra. Institut. jur. comm. ubi supra.*
d *an. 32. H. 8. c. 8.*
e *Litlet. l. 1. c. 5.*
f *In hoc sequitur jus canonicum. Quod vide extra de conjugio servorum cap. proposuit.*
g *Litlet. l.*

jus vendiderit, & ipsa contradixerit, non poterit, illo mortuo, dotem versus emptorem reperere *h*. Siluisse enim debuit, & viro suo patienter obtemperasse; quia sic ille ad vitam tantum suam de dote uxoris disposuisset. Sed hoc jus pridem evanuisse videtur *a*.

Sect. 2. Sponsalia recte contrahunt septennes *b*; sed nuptias illi qui, justæ ætatis sunt: (mas sc. quatuordecim, fœmina duodecim, annorum *c*) nec aliquo consanguinitatis vel affinitatis gradu se mutuo attingunt eorum, qui jure Levitico prohibentur *d*. Nostro etiam jure si fœmina novennis nupta sit, viro suo supervivens dotem lucratur, quia illa ætate eam dotem promereri posse definimus *e*. Atque hoc æque verum est in servis atque liberis. Servi enim matrimonium verum contrahunt jure nostro *f*, quamvis sine licentia dominorum suorum uxores non impune ducant *g*.

Sect. 3. Parentum consensus apud nos non tam necessarius est, ut contractum matrimonialem inter liberos de præsenti perfectum defectus ejus solvere possit. Hic enim jus Pontificum sequimur *h*. Quod quoque jure civili verum fuisse nonnulli dicunt, utcunque Tribonianus longe illo juris digerendi opere fatigatus hoc prætermiserit. Nam hæc Pauli referuntur verba. Eorum qui in potestate patris sunt, sine voluntate ejus matrimonia jure non contrahuntur, sed contracta non solvuntur. Contemplatio enim publicæ utilitatis privatorum commodis præfertur *k*.

h *ca. apud eum 23. ext. de sponsa & matrim. Bronch. misce'. controvers. cent. 1. assertio 100.* i *Cuiacius in Fuli. Pauli receptas sententias l. 2. c. 19. quem etiam v. lib. observ. 3. c. 5.* k *l. 2. recept. sentent. c. 19. de nuptiis.*

Sect. 4. Ne

Sect. 4. Neque tamen matrimonia usque adeo sunt libera apud nos, nam qui feudum tenent de domino Rege in capite, id est jure Coronæ suæ, aut etiam de aliquo Honore aut Manerio ejus, vel etiam de communi persona, per servitium militare, si die, quo moritur ejus antecessor, sit intra plenam ætatem & adhuc cœlebs, uxorem à domino feudi oblatam non tuto recusat. Nam hoc casu solvet ei valorem sui maritagii: si tamen dominus idoneam illi & sine disparitate, vel (ut nostri) disparagatione uxorem infra ætatem prædictam obtulerit *a*. Imo si dominus nullam omnino offerat, ab hærede tamen, juxtà aliquorum opinionem, cum ad ætatem pervenerit, maritagii sui precium recte vendicare potest *b*. Sed hic tamen differentia est, utrum minor tantum recuset fœminam illi per dominum oblatam, atque sit usque plenam ætatem cœlebs permaneat, an illa recusata, aliam adhuc minor ducat. Nam illo casu simplicem valorem maritagii, hoc verò duplum, solvere cogitur *c*.

Sect. 5. Hoc quoque verum est in fœminis, quæ die, quo antecessor fato cedit, sunt infra ætatem quatuordecim annorum, minimeque nuptæ. Nam & illæ domino feudi idoneum eis maritum infra duos annos post annum decimum quartum completum offerente, tenentur aut ei nubere, aut saltem domino solvere valorem maritagii *d*. Silente etiam domino nec maritum quenquam exhibente, non minus quam masculi, teneri videntur.

Sect. 6. Disparagatio autem fit, cum domi-

a *Brit. c. 66. anno 20. H. 3. c. 7. Fitzh. breu. fo. 141. E. F. G & fo. 173. c. Glanvil. l. 7. c. 12. Litleton. l. c. 4. v. Spec. Fustit. l. 1. c. De articles &c. & Fletam l. 1. c. 13.*

b *Dier fo. 255. nu. 6. & fo: 60. n. 23.*

c *Fitzh. nat. brc. fo. 141. G. Littleton. l. 2. c. 4. Stat: de Merton: c. 6. editum. an. 9. H. 3. & Stat: Westm: pri: c. 12. edit: an: 3.*

Ed. pri: d *Westmin: pri: c. 22. & v. Brit. c. 67. Bruc: l. 2. c. 37. num: 9. v. Flet: l. 1, c. 13.* Sect: *de femellis.*

nus pupillo suo fœminam pede vel manu carentem, vel etiam alias mutilam aut deformem, vel quæ tetro morbo continuave infirmitate laborat, vel ita vetulam, ut ab omni spe sobolis derelicta sit *a*: aut è contra cum pupillæ nobiliori villanum, burgensem, vel alium hujusmodi de humiliori plebe obtruserit *b*.

Sect. 7. Si plures sint domini de quibus feuda tenent, Rex, si eorum unus sit, reliquis omnibus in maritagio hæredis præfertur. Sin omnes communes personæ fuerint, prævalet ille reliquis cui primo omnium homagium antecessores ejus præstiterunt. Maritagium enim divisionem non recipit. Si hoc non constiterit, præfertur is, qui antecessores hæredis primo feoffavit: si nec hoc, is, qui in possessione hæredis est, reliquis præponderat *c*.

Sect. 8. Si dominus feudi pupillum suum ma culum infra ætatem quatuordecim annorum adhuc existentem, in matrimonio cum aliqua copulaverit, is ad eum annum perveniens dissentire potest, eamque deserere: quod etiam in fœmina æque verum est, quæ consensu domini nubit ante annum duodecimum *d*. In hoc etiam uterque sexus pari utitur jure, ut post matrimonium infra ætatem legitimam patroni designatione initum vinculo per mortem soluto, non denuo ejus arbitrio hic obstringantur *e*: utque eis cum consorte inidoneo copulatis, dominus pro eâ vice jus custodiæ amittat, & præterea amicis sic dispositi dispositæve pro tanto damno satisfaciat *f*.

Sect. 9. Olim cum fœmina plænæ ætatis hæres existeret, & de feudo plurium dominorum teneret, tunc sufficiebat ad se maritandum requirere *assensum* domini capitalis primi feoffatoris,

a *Litleton: l.* 2. *c.* 4.

b *Fleta. l.* 1. *c.* 13. Sect. 1.

c *Fleta: l.* 1. *c.* 13. *Cum autem.*

d *Littleton: l.* 2. *c.* 4.

e *Brict. l.* 2. *c.* 37. *num.* 6. *Litlet. l.* 2. *c.* 4.

f *Brit. c.* 67. *quis sit maritus idoneus vel inidoneus. v. Litle. l.* 2. *c.* 4. & *institut. jur. com.* 24.

ris, & cui antecessores sui fecerint ligeantiam *a*. Hodie quæ plenæ est ætatis domini consensu ad matrimonium non eget *b*.

Sect. 10. Si hæres feudi militaris infra ætatem, qua in matrimonium per leges consentire possit, vivo adhuc patre, uxorem duxerit, patre mortuo, dominus feudi habebit breve de hærede abducto: quia in hærede est, cum ad justam ætatem pervenerit, uxorem sic ductam repudiare *c*. Et fœmina, quæ à Rege sic tenet, hoc casu nupta, cum annos maturitatis assecuta fuerit, habet in electione sua, utrum prioribus nuptiis adhærescere, an maritum à Rege oblatum acceptare, velit *d*.

Sect. 11. Viduæ etiam Regis quæ dicuntur, juramento recipiunt se, neglecto Regis consensu, ad secundas nuptias minime transituras. Et si secus fecerint *e*, Rex terras & tenementa quæ de eo tenentur in dotem, nomine districtionis in manus suas capit, donec ipsæ, vel earum viri finem ei ad voluntatem suam fecerint. Magna etiam charta dicit communes personas in viduas suas eandem potestatem exercere *f*. Hujus juris hæc ratio datur, ne Regis tenentes capitalibus ejus inimicis nubant *g*.

Sect. 12. Si quis hæredem masculum vel fœminam, cujus maritagium ad alium spectat, rapuerit vel abduxerit, quamvis eum postea restituat non maritatum, vel de maritagio satisfecerit, pro transgressione tamen punitur incarceratione duorum annorum. Et si eum non restituerit sed forte ipsum maritaverit, & inde satisfacere non poterit, abiurare debet regnum, vel perpetuum subire imprisonamentum *h*.

a *Bract. d. l.* 2. *c.* 37. *num.* 6.
b *Brook. tit. Grad.* 7.
c *Fitzh. bre. fo.* 143. *M.*
d *an.* 17. *E.* 2. *statuto pri. c.* 5.
e *Stawnf. prærog. c.* 4. *v. Glanvil. l.* 7. *c.* 12. *v. Spec. Justic l.* 1. *c. des articles, &c. vid. Fletam. l.* 5. *c.* 23. *Sect. in prin. v. Fitzh nat. bre. de dote assignan fo.* 263. *C. & fo.* 174. *E. & an.* 17. *Ed.* 2. *sta.* 1. *f.* 4. *f c.* 7.
g *Fleta. l.* 1. *c.* 13.

Sect. Parentes. h *Fleta. l.* 1. *c.* 13. *Sect. de peruis.*

Sect. 13. Si quis annum ætatis suæ quartum decimum prætervectus, fœminam cœlibem, quæ infra ætatem sexdecim annorum est, sine parentum consensu, vel saltem eorum, quorum in potestate aut cura est, abduxerit, duorum annorum incarcerationem sine spe redemptionis sustinebit: aut saltem finem hujusmodi delicti nomine solvet, Concilii Regii in stellata camera sedentis arbitrio infligendam. Si insuper sic abductam constupraverit, aut matrimonium cum ea, parentibus vel tutoribus minime consentientibus, quovis modo contraxerit, quinquennii incarcerationem patietur, aut ad arbitrium Concilii prædicti mulctabitur. Si autem fœmina hujusmodi annum ætatis suæ duodecimum excesserit, nec adhuc decimum sextum compleverit, & consensum suum tali raptori in matrimonium perhibuerit; terris, tenementis, hæreditatibusque omnibus & singulis ad vitam suam excidet, quas tempore sic dati consensus, vel in possessione, vel reversione, vel remanentia habuit *a*.

a *an.* 4. & 5. *Philip. & Mar. c.* 8. *v. Cocum l.* 3. *relationum casu Ratclif. fo.* 39. *a.*

Sect. 14. Villani uxores non ducunt sine consensu patronorum suorum *b*. Liber etiam si nativam alicujus sine patroni sui consensu in matrimonium acceperit, licet dominus eam illi eripere non possit, de nativa tamen sua abducta actionem contra raptorem habebit *c*.

b *Littleton. l.* 2. *c.* 11.

c *Idem Ibidem.*

Sect. 15. Fœminæ nobilibus personis nuptæ nobilium apellatione & jure fruuntur. Eis enim dignitatem mariti tribuunt donec plebeis nuptiis denuo fuerint copulatæ *d*. Nam eandem se carnem cum viris suis, nubendo faciunt *e*. Si itaque quæratur, quod aliquando usu venit, num fœmina majoris nobilitatis quæ, defuncto mariro nuptias cum aliquo de minori nobilitate,

d *An.* 20. *H.* 6. *c.* 6.

e *v. Dominum de Forticue ci.* 42. *Crompronum in suis jurisdict. tit. Starr cham fo.* 33. *d. Et Eierum fa.* 79. *nu.* 51.

rate, vel de plebe contraxerit, personalis residentiæ onere capellanos suos, juxta statutum hac de re editum *a*, liberare possit: non sine distinctione respondendum videtur. Illis enim, quos vidua accepit, subsequentes nuptiæ non præjudicant: at iis, quos post nuptias initas, propter extinctam jam nobilitatem, hujusmodi privilegium impartiendi potestate destituitur *b*. Quod tamen secus videtur in illis quæ natæ nobiles, non nuptiis factæ sunt *c*. Siquidem tales apud nos anteceſſorum magis quam maritorum radiis coruscant & illustrantur.

a *v. stat. an.* 21. *H.* 8. *c.* 13.

b *Cocus l.* 4. *casu Acton. fol.* 117.

c *Cocus eodem.*

Sect. 16. Si adversus jus Leviticum aliqui coiverint, nec vir, neque uxor, nec nuptiæ, nec matrimonium, nec dos intelligitur. Et ii, qui ex tali coitu nascuntur, naturales tantum sunt *d*. Qui autem ob matrimonji nullitatem separantur, divortio dirimi proprie à nostris Jurisperitis dicuntur: cum ob aliam aliquam causam, thori tantum & mensæ separatio fit, vinculo matrimoniali firmo nihilominus permanente *e*.

d *an.* 32. *H.* 8. *c.* 38.

e *v. novum librum terminorum juris verb. Divorce.*

Sect. 17. Qui ex coitu illicito procreantur apud nos nullo modo fieri possunt legitimi. Dispensatione tamen ad sacrorum ordinum: & eorumquæ ad sacerdotium pertinent susceptionem, habiles aliquando fiunt *f*. Taciturnitate tamen & patientia mariti spurii legitimorum liberorum loco habentur, ut si uxor alicujus de alio conceperit quam de viro suo, licet hoc de veritate constiterit, vir tamen prolem in domum suam suscipiendo, & advocando, nutriendoque ut filium, legitimum sibi filium & hæredem facit. Quod quoque verum est, licet non expresse eam advocaverit, dum tamen eam non amoveat. Neque quidem refert, vir omnino ignoraverit

f *Bract. l.* 2. *c.* 29. *nu.* 4.

an sciverit, vel etiam dubitaverit. Nam hæres ei legitimus judicabitur, eo quod nascitur de uxore sua: dum tamen præsumi possit, quod vir ipsum genuerit. Hoc etiam dici poterit de partu suppositio, & sic quandoque communis opinio veritati prævalet *a*.

Sect. 18. Duo sunt matrimonii apud nos consequentia vel effecta: quorum prius est, ut bona mobilia (à nostris catalla personalia dicta) quæ uxor adducit, in viri sui patrimonium statim omnia sine discrimine coalescant & quasi absorbeantur, nec ab illa superstite quicquam eorum præter mundum muliebrem repeti possit: immobilia vel realia sic tandem, si vir ea vivus alienaverit. Non alienata, eo defuncto, quasi jure non decrescendi conjugi redeunt *b*. Si tamen vidua, quæ marito suo executrix vel administratrix extitit, secundo nupserit, ei superstes omnia, quæ muneris hujusmodi ratione possessa attulerat, modo per secundum maritum non alienata, tam personalia quam realia sine diminutione resumit *c*.

Sect. 19. Alterum nuptiarum consequens est dos illa legitima sive rationabilis, cujus nomine tertiam partem tenementorum terrarumque omnium quas vir feudi jure possedit, ad vitam suam vendicat *d*. Si tamen virum læsæ majestatis aut feloniæ convinci contingat, dotem suam uxor amittit *e*.

a *Bract: d. l. 2. c. 29. num: 4. & 5.*

b *Plowd. casu Bracebridge: fo. 418. b. 419. a.*

c *v. infra l. 2. tit. 12. Sect: 7.*

c *v. Fletam: l. 5. c. 22. & c. 27. v. infr: l. 2. c. 2. Sect: liberum tenementum.*

d *an. 3. & 6. Ed. 6. in provis. vlt. Dyer. fo. 140. n. 42.*

e *v. an: pri: Fac: sect. 1. c. 11. & 12. in fine.*

DE ADOPTIONIBUS.

TIT. XI.

TAciturnitatem & patientiam maritorum circa sobolem adulterinam Bractonus loco prædicto *a* adoptionem appellat, quæ tales liberos æque atque legitimos in nostra potestate constituit. Audivimus etiam aliquando de illa adoptione apud nos quam Romani in usu habuerunt. Sed hoc privata adoptantis & adoptati voluntate & conventione, magis quam aliquo jure, communiri visum est. Nam hoc apud nos liberum est, ut terras à nobis perquisitas, vel etiam à maioribus descendentes, nisi saltem conditionaliter datæ, sive (ut nos loquimur) intalliatæ fuerint, cuicunque sive agnato, sive cognato, sive etiam extraneo, dare possimus; liberis etiam nostris, si quos habeamus, nihil impedientibus. Unde constat hunc Romanorum adoptandi morem aut à nobis nunquam receptum, aut jampridem, quemadmodum & apud Gallos *b*, evanuisse.

a l. 2. *c.* 28. *nu.* 4. & 5.

b v. Equinarium Baronem in particula posteriori suorum comment. super Instit. hoc titu.

QUIBUS MODIS JUS PATRIÆ potestatis solvitur.

TIT. XII.

DIctum est supra, quemadmodum patria potestas constituitur nunc dicendum est quomodo dissoluatur & tollatur. Et sciendum est, quod hoc fit tribus modis: morte naturali, morte civili, & dignitate. Nam si pater, qui

filium in potestate habet, moriatur, filius ejus remanet sui juris: quamvis aliquando remaneat sub tutela domini & sub cura amicorum vel parentum. Mortuo vero avo patrio, nepotes ejus non sunt sui juris, sed redeunt in potestatem sui patris, si is vivat cum avus moriatur, & nullo modo de ejus potestate exierint: utpote per emancipationem vel dignitatem *a*.

a *Bract. l. 1. c. 10. in princip. Fleta: l. 1. c. 7.*

Sect. 1. Item morte civili, ut si pater damnetur propter aliquam feloniam commissam, vel perpetuo exuletur. Si autem relegetur ad tempus, nihilominus retinebit liberos in potestate sua, quia sua habebit cum remeaverit *b*.

b *Idem ibidem.*

Sect. 2. Item per emancipationem solvitur patria potestas: ut si quis filium suum foris familiaverit cum aliqua parte hæreditatis suæ, secundum quod antiquitus fieri solet *c*. Emancipatio enim hujusmodi est filii mors quædam civilis, sicut & ingressus religionis *d*.

c *Idem eodem. Flet: d. l. 1. c. 7. sect. Item emancipatione.*

Sect. 3. Item dignitate solvitur patria potestas, ut quando filius fit episcopus *e*.

d *an. 4. H. 4. c. 17.*

Sect. 4. Ut tam arctus non est apud nos patriæ potestatis nexus, quam apud Romanos fuit: sic neque est tam solennis ejusdem per emancipationem solutio. Nam nihil inter nostros reperio, quod prohibet filium vel filiam, cum annum vicesimum primum impleverit, vel invito patre, esse sui juris. Certum est eos tum posse cum quocunque contrahere, & ex quocunque contractu non minus quam sexagenarium obligari. Hæc enim ætas apud nos plena est maturitas *f*.

e *Bract: ubi supra.*

f *Bract. l. 1. 10. num. 2. & Litlet: l. 2. c. 4.*

DE

DE TUTELIS.

TIT. XIII.

PErsonarum, quæ non sunt in potestate aliena, quædam sunt in custodia seu tutela dominorum, quædam in curatione parentum & amicorum, quædam vero neutro jure tenentur, sicut illi qui sunt plenæ ætatis *a*.

Sect. 1. Tutelæ verbum non frequens est apud nos, sed custodiæ potius. Nam ut multas juris species à Normannis *b*, sic etiam & dictiones mutuati sumus. Illi autem (Gardian) eum appellant, quem Romani tutorem: vel potius tutorem & curatorem unica hac appellatione comprehendunt; in quo nos quoque eos imitamur, eum quem illi (Gardian) custodem vel gardianum dicentes.

Sect. 2. Custodes itaque hos aliquando patris voluntas, aliquando legis necessitas, aliquando magistratus, constituit. Nam pater, si pecunias vel caralla tantum liberis suis relicturus sit, quos impuberes in potestate habet, simul cum legatis suis cuicunque amico suo custodiendos & gubernandos committere potest *c*. Etiam patri comparatur, is qui minorem in terris aliquibus feoffaverit; ejus enim custodiam pro arbitrio suo committere cuilibet potest *d*. Quod autem de liberis jam natis diximus, illud æque in posthumis obtinet *e*.

a *Bract: l.* 1. *c.* 10. *num.* 2. *Fleta: l.* 1. *c.* 9.

b *hoc constat è grandi illo Custumario Normann. in singulis fere paginis.*

c *Cocus. 3. Relationum casus Ratclif. fo.* 37. *b.* & 38. *a. b. quem legg.*

d *Fleta. l.* 1. *c.* 9, 10. *infra de attil. tut. sect.*

e *hoc confirmat quotidiana paxis.*

QUI TESTAMENTO TUTORES dari poſſunt.

TIT. XIV.

DAri autem tutor teſtamento poteſt, qui liberam habet rerum ſuarum adminiſtrationem: ille nimirum qui plenam ætatem aſſecutus compos mentis eſt *a*, etiam & fœmina *b*. Sin aliquis conſtituatur vel minor, & memoria minus ſana exiſtens, is tum demum adhiberi debet, cum talis defectus ſublatus fuerit *c*.

a v. Ranulphun de Glanvilla. l. 7. c. 6.

b Britt. c. 35.

c v. Swinb. part. 3 ſ. 10.

Sect. 1. Villanum etiam ſive nativum tam ſuum teſtamento tutorem pater liberis ſuis dare poſſe videtur, quam alienum, ſaltem cum voluntate domini. Sed an villano ſic libertas comperat conſideratione dignum videtur *d*.

d v. ſupra de libertinis tit. 5. Sect: maximiſſima.

Sect. 2. Item quis apprenticium ſuum poſſe filio ſuo tutorem conſtituere videtur *e*. Nam qui poſſunt eſſe executores, poſſunt eſſe tutores *f*.

e Brocus, Teſtaments 8.

f Swinb. part: 3. Sect: 10.

DE LEGITIMA ADGNATORUM tutela.

TIT. XV.

DIctum eſt legis neceſſitate aliquando tutores fieri *g*. Hoc autem contingit ratione feudi quod ad impuberes jure ſucceſſionis ſpectat. Si enim quis in ſocagio feudum tenens moriatur, proximus hæres ſive, filius ſive filia, ſive quicunque, modo impubes ſit, in cuſtodiam

g Supra titulo 13. in Sect: c.

ſtodiam proximi propinqui incidit ex illo latere, quo hæreditas minime deſcendit. Exempli gratia, ſi feudum per patrem pervenerit, tum mater, aut ea mortua, proximus cognatus minoris cuſtos ſit: ſi per matrem, tum proximus agnatus *a*. Atque hæc ratio hujus juris eſt, quia ab illis minor eſt pupillis metus, quibus mors ejus minus lucri allatura eſt *b*. Ita ut nullus plurium hæredum participum in ſocagio in alterius participis ſui vel ejus viri tutela cuſtodiri debeat ſed parentum. Si quis etiam ſibi cuſtodiam terrarum & maritagium filiarum emerit, & aliquam iſtarum duxerit in uxorem, ſtatim orta eſt ſuſpicio, & amittit cuſtodiam corporis & maritagium aliarum ipſo jure propter ſuſpicionem *c*.

a *Glanvil: l. 7. c. 11. Littleton: l. 2. c. 5. Bract: l. 2. c. 37. num. 6. Stat: marlbr. an 52. H. 3. c. 17. Broc. tit. Garderains & prochein am: 11. 12. 13. Nat. terjuris verbo prochein amy. v. Plow. caſu Garel. fo. 295. & ſeqq: v. infr: de letgit parentum tutela tit. 19.*

§. 1. Si tamen duo fratres terras perquirant ſibi & ſuis hæredibus, major, ſi plenæ ætatis ſit, cuſtodiam fratris impuberis habere poteſt, modo uterque legitimus fuerit *d*.

§. 2. Iſtiusmodi autem hæredes, cum annum decimum quintum compleverint, juxta veteres, exeunt è cuſtodia *e*. Sed juxta recentiores, cum decimum quartum *f*. Hac enim ætate lex præſumit eos illa quæ ad agriculturam pertinent præſtare poſſe. Tenentes autem in conſuetudine vocata (Gavalkind) terras ſuas anno decimo ſexto ætatis uæ completo ſine curatoris authoritate per feoffamentum alienare poſſunt *g*.

b *Dominus de Fortiſcuto c. 44. & 45.*

c *Fleta l. Sect. 9 c. 1. Heredes.* d *Britt: c. 35. fo. 92. a.* e *Glanvil: l. 7. c. 9. Bract. l. 2. c. 36. nu. 2. Fleta: l. 1. c. 11. Sect: Heres.* f *Littleton: l. 2. c. 5. D. & ſtud: c. 7. fo. 14. Fitzh. nat: br: fo. 18. A.* g *Dyer: fo. 301. num. 41. Fitzh: Cuſt: 11. Brooke ibidem 50.*

§. 3. Il-

§. 3. Illi etiam, qui tenent in burgagio, & mortuo patre vel anteceſſore Impuberes ſunt, eadem ratione, qua Socmanni, curæ ſuorum committuntur: qua etiam liberantur, cum denarios diſcrete numerare ſciverint, & pannos ulnare, & alia negotia ſimilia exercere. Verum hic non definitur certum tempus, ſed per ſenſum & maturitatem hæredum adiudicatur *a*.

§. 4. Fœmina vero plenæ poterit eſſe ætatis in ſocagio, omni caſu, cum poſſit & ſciat domui ſuæ diſponere, & ea facere quæ pertinent ad diſpoſitionem & ordinationem domus, ut ſciat quæ pertineant ad Cone & Key *b*: quod quidem eſſe non poterit ante quartum decimum annum vel decimum quintum. Quia hujuſmodi ætas requirit diſpoſitionem & ſenſum *c*.

Sect. 5 Fœmina hæres & maſculus ſecundum veteres quoſdam ad paria judicantur, quoad omnes ætates, ſecundum diverſitatem tenementorum: ſc. quod habeat ætatem burgagii ſicut maſculus & ſocagii ſicut maſculus, ſc. 15. annorum *d* & feudi militaris ſicut maſculus: ſc. viceſimi primi anni, & quod tunc primo finiatur cuſtodia. Secundum alios verò dicitur fœmina habere plenam ætatem, cum 15. Annos compleverit, quoad feudum militare. Tunc enim poterit, ut dicunt, domui ſuæ diſponere, & nubere viro, qui per ſe, vel per alium militaria exerceret *e*. Sed recentiores aliter definiunt; & hic diſtinguendum putant, num ante mortem ſui anteceſſoris decimum quartum annum compleverit, an non. Nam priori caſu ſtatim terrarum ſuarum commoda aſſequitur, altero vero non antequam decimum ſextum integrum peregerit *f*.

Sect. 9. Gardianus in ſocagio, finita cuſtodia,

a Bract: ubi ſupra: Fleta: l. 1. c. 11. Sect: & hares.

b Coue & Key.

c Bract: l. 2. c. 36. nu. 2.

d Hoc jus nunc in maſculo mutatur. ut ſup. eodem. Sect 2.

e Bract. l. 2. c. 37. nu. : 3.

f Inſtitutiones juris com. c. 24. Litlet. l. 4. c. 4. v. infr: tit. 17. Sect: 4.

dia, rationes suæ administrationis reddere pupillo tenetur *a*. Potest tamen custodiam pupilli sui extraneo committere; & talis concessio firma erit *b*.

a *Litlet. l. 2. c. 5.*

b *Fitzh. nat. br. fo. 118. A. B. & 139. G. & 162. B. Fleta: l. 1. c. 12. Sect. Item inhibitum.*

DE CAPITIS DEMINUTIONE. TIT. XVI.

DEminutionem quam, capitis Romani appellarunt, & in tres species distribuerunt, non eodem modo Angli dividunt: sed tacite duplicem suis legibus agnoscunt. Ejus quam minimam illi dixerunt, hi rationem nullam habent. Nam ut qui à patre emancipantur, jus prioris familiæ non amittunt, quo minus ad successionem ab intestato (facta saltem bonorum collatione) non recipiantur: sic qui ab aliis adoptantur, jus novæ familiæ ex sola conventione, aut expressa adoptantium benignitate assequuntur, nullo legum ad majorem spem expectato auxilio *c*.

b *Fitzh. nat. br. fo. 143. P.*

c *So. sup. tit. de adopt. 17. b. libri.*

d *v. Stawnf. plac. Cor. l. 2. & prær. c. 44.*

e *inf. ib. 4. de publ. judiciis.*

f *v. Bract. l. 3. tract. 2. c. 16. novi term. jur. verbo Abjuration.*

g *v. an. 22. H. 8. c. 14. & an. 36. just. c. 13. an. 28. ejusd. c. 7. an. 32. ejusd. c. 12. & an. 33. ejusd. c. 15. & an. 1. Ed. 6. 7. eusd. c. 7. & c. 33. an. 5. ej. c. 10.*

Sect. 1. Qui servi pœnæ sunt, illi nimirum qui vel læsæ majestatis vel feloniæ judicium passi sunt, omnia amittunt, quæ amitti possunt: non civitatem tantum & libertatem, sed & omnia sua atque vitam *d*. Successorem non habent præter fiscum aut dominum feudi, quemadmodum alibi demonstraturi sumus *e*. Hos itaque maximam capitis diminutionem pati merito dixerimus.

Sect. 2. Licet etiam jus vetus, quod majestatis & feloniæ reos ad ecclesias confugientes ex illo puniebat *f*, sublatum sit *g*: tamen & hodie cer-

certa sunt delicta, quæ abjuratione vindicantur *a*. Hanc autem pœnam qui sustinent, minorem, sive illam quam Romani mediam vocarunt, capitis deminutionem subire videntur.

Sect. 3. Cognationis jus minori capitis deminutione & apud nos tolli penitus videtur: quia abjurati Regis protectione penitus exuuntur *b*. Qui autem ad fidem Regis Angliæ non sunt, in Anglia nihil capiunt *c*.

a v. chart: de foresta: c. 10. & un: 23. Ed. 1. c. 35. & an. 25. H. 8. c. 14. & an: 35. Eliz. c. 2.

b v. Bracton. & Brit. & novos ter. jur. ubi sup.

c Bract. l. 5. tract. 5. c. 25. nu. 3.

d Prati lexicon verbo patronus.

e v. infra tit: de reb: corp. & in corp. s. 2.

f Litleton us l. 2. c. 4.

DE LEGITIMA PATRONORUM TUTELA.

TIT. XVII.

DE illa patronorum tutela, quam jus Romanum memoriæ prodidit, nostri nihil quod scio, statuerunt. Verum est apud nos aliud patronorum genus respectu feudi quod possidemus, qui domini feudi alias appellantur *d*. Atque in horum tutelam vel custodiam, pauciſſimi sunt minores in pinguius aliquod patrimonium succedentes, qui non cadunt. Nam ut nemo apud nos pleniori quam feudi jure *e* (si Regem & Coronam exceperimus) terras vel tenementa aliqua possidet: sic feudum fere nullum est paulo pinguius, quod servitio militari erga dominum vel patronum non astringitur. Hujus autem servitii propria sunt custodia, maritagium, & relevium *f*.

Sect. 1. Minor itaque qui antecessori cuiquam mortuo in feudo militari hæres exi-

stit

ſtit *a*. Is in tutela vel cuſtodia domini de quo feudum tenetur, uſque ad plenam ætatem permanet. Nam ante illam ætatem bellicas virtutes à milite requiſitas, & ob feudum domino debitas, minime præſtare poſſe judicatur. Contingit tamen aliquando, ut, quaſi venia ætatis impetrata aliqui in ordinem militarem co-optentur, antequam annum viceſimum primum compleverint: hos autem jus noſtrum illis officiis quæ domino feudi debentur pares eſſe præſumit, ideoque à cuſtodia licet minores liberat *b*.

Sect. 2. Hoc cuſtodiæ jus ab hac ratione proficiſcitur, quod cum is qui per ſervitium militare tenet, militis loco dominum ſuum in bella Regis, juxta conventionem in feudi inveſtitura initam, ſequi teneatur; nemo præſumitur infantem talem in actibus bellicis ſolertius velle in ſtituere quam ipſum dominum *c*.

Sect. 3. Si autem hujuſmodi hæres fœmina ſit, in cuſtodia domini ſui ultra annum ætatis ſuæ decimum quintum juxta veteres *d*, ſed decimum ſextum juxta recentiores, non hæret *c*. Nam non citius ad ætatem illam accedit, quam apta eſt domus ſuæ diſpoſitioni, & nuptiis viri cujuſcunque qui ſervitium militare patrono feudi præſtare poſſit *f*. Si tamen annum decimum quartum die quo moritur anteceſſor, compleverit, neque ipſa, neque terræ ejus in cuſtodiam patroni ſui incidunt *g*.

a *Fitzh: nat: br: fo:* 262. *Fleta l.* 1. *c.* 11. *v. Dyer: fo:* 44. *nu:* 27. *v. Dyer: fo:* 3. *v.* 2. *nu:* 18. *Glanvil. l.* 7. *c.* 9. *Britt. c.* 66. *Littleton. l.* 2. *c.* 4. *v. Feſtam ubi ſupra.*

b *Brocus tit Gard.* 42. & 72. *v. Fulbeccum. in parallelis. fo.* 24. *b. v. Plowd. caſu Redcliff. fo:* 26. *b.*

c *Dominus de Fortiſcuto c.* 44. *Sed v. Polydorum Virg. l.* 16. *ſuæ hiſtoriæ.*

d *Bract. l.* 2. *c.* 37. *nu.* 3. e *Litlet. l.* 2. *c.* 4. f *Bract. & Litlet. ibid.* g *Litle. d. l.* 2. *c.* 4. *Merton c:* 6. & *Weſt.* 1. *c.* 22. *Inſtit. juris comm. c.* 24. *Brocus. tit. Gard.* 7.

Sect. 4. Si

Sect. 4. Si dubitetur hoc casu hæres major an minor sit, remanebit in custodia, donec de
a *Bract. l.* ætate sua constiterit *a*.
2. *c.* 37. *Sect.* 5. Si feudum militare descendat ad
Britt. c. minorem ab avo materno, dum adhuc vivat
66. *fo.* ter, hujus corpus vel persona in custodia patris
167. *b.* sui erit, sed terræ in custodia patroni, Regula enim est, neminem, durante vita patris sui in custodiam domini, quoad personam, posse
b *Litlet. l.* incidere *b*.
2. *cap.* 4. *Sect.* 6. Si terræ ad uxorem descendant, quæ post prolem viro aductam fato cedit, ita ut vir ob possessionem terrarum, uxore superstite, non acquisitam, eas ex consuetudine Angliæ ad vitam suam tenere non possit; hoc casu proles, si minor sit, in custodiam cadit, nisi etiam patris hæreditatem juræ primogenituræ expectet. Si etiam talis proles fœmina sit & post matrem mortuam minor, paterque filium superstitem habeat, illa in custodia, licet vivo patre
c *Fitzh.* suo permanebit *c*.
nat. br. fo. *Sect.* 7. Dominus feudi militaris potest cu-
143. stodiam sui tenentis ad alium transferre. Unde oritur illa distinctio, ut alius jure, alius facto
d *Bract. l.* dicatur gardianus. Jure est ipse dominus: fa-
2. *c.* 37. cto est ille cui dominus custodiam hæredis
nu. 3 *Litl.* concessit *d*.
l. 2. *c.* 4. *Sect.* 8. Est & gardianus alius simplex qui
e *Fitzh.* originalis dicitur, alius per accidens ex cau-
nat. br. fo. custodiæ. Originalis est, qui feudi sui jure
139. *D. v.* tenentis sui proximi custodiam habet: ex cau-
Dyer. fo. custodiæ est is, qui ex hoc quod tenentis si
223. *nu.* adhuc minoris custodiam habet, ideo & alteri-
58. us, qui tenentis sui tenens est custodiam etiam
f *Flet. l.* 1. adipiscitur *e*. Minor enim minorem custodire
cap. 11. non debet *f*.

Sect. 9. Cum

§. 9. Cum sit hæres masculus vel fœmina, & plures domini capitales, omnes custodiam hæredis habere non possunt, ideoque unus reliquis præfertur: ille sc. qui primo tenentem illum feudo militari feoffavit: aliis interim custodia terrarum quæ sui feudi sunt permissa *a*.

§. 10. Si tamen aliquis hæres terras aliquas tenuerit domino Rege in capite per servitium militare, sive alios dominos habuerit sive non: dominus Rex in custodia hæredis aliis præferetur: idque sive ipse hæres ab aliis prius feoffatus fuerit, sive posterius. Nam Rex parem non habet nec superiorem in regno suo *b*.

§. 11. Minor qui semel custodia gardiani sui (utpote per matrimonium consensu ejus contractum) liberatur, non iterum in custodiam recidit: idque sive infra ætatem 14. Annorum, sive postea ante annum vicesimum primum matrimonio copuletur *c*.

§. 12. Si plures sint filiæ hæredes quæ tenent per servitium militare, omnes erunt sub custodia domini capitalis & nulla earum sub custodia alterius *d*.

a *Bract. l. 2. c. 37. nu. 4. & 5. Stawn. prærog. c. 2.*
b *Glanvil. l. 7. c. 10. Bract. ubi supra Stawn. prærog. c. 2.*
c *Bract. l. 2. c. 38. nu. 1. Litl. l. 2. c. 4.*
d *Bract. l. 2. c. 37. nu. 6.*

DE LEGITIMA PARENTUM tutela.

TIT. XVIII.

OMnibus præfertur pater in custodia filii sui primogeniti. Si enim hæreditas minori tali, vivo adhuc patre suo, proveniat: licet terræ, si teneantur per servitium militare, in custodia domini feudi sunt, ipse hæres tamen apud patrem manet *e*.

e *Litlet. l. 2. c. 4. Cus l. 3. cas. Ratclif. fol. 37. b. quem lege.*

§. 1. Mater etiam minoris qui per Socagium tenet, in custodia hæredis & terrarum quoscunque antevertit adgnatos cognatosque *a*.

a v. *sup. de legit. adgnatorum tute. tit.* 15. *in principio.*

DE FIDUCIARIA TUTELA.

TIT. XIX.

ILlam tutelam fiduciariam, quam Romani liberis masculis parentum mortuorum, & illam etiam legitimam quam liberis patronorum imposuerunt, majores nostri penitus neglexisse videntur. De priori enim harum nihil statuerunt præter illa quæ supra de legitima adgnatorum tutela dicta sunt *b*; alteram vero non contulerunt in liberos patronorum, sed executores potius *c*. Nam minorum custodiam inter cætera realia numerant *d*: Ideoque si patronus sive dominus feudi de eadem in testamento non disponat, ad testamenti sui executores universali jure transmittitur.

b Titulo 15. *hujus libri.*
c Littlet. l. 2. *cap.* 5.
d Novi termini jur. verbo Chattel. Fleta l. 1. *c* 11. *sect. Custodiæ.*

DE ATILIANO TUTORE ET eo qui ex lege Julia Titia datur.

TIT. XX.

DAtivos tutores aliquando habemus apud nos. Si enim matre præmortua, Pater intestatus decedat, liberosque relinquat impuberes in feudum aliquod minime successuros: non raro contingit ut Judex ecclesiasticus illis custodem det, qui & personis & patrimonio eorum prospiciat, donec annum ætatis suæ decimumquartum

tum compleverint. Hocque testatum fit nonnunquam instrumento authentice sigillato. Ad tale tamen munus leges nostræ neminem compellunt, sed Judices potius eos eligunt atque movent quos consanguinitatis vel affinitatis vinculum ad hoc officium amore provocat *a*.

a *Swinb. parte* 3. *f.* 9.

§. 1. Forte etiam & ille dativus tutor non inepte appellatur, cujus Bractonus mentionem facit *b*, cum dicat hominem minori terras vel tenementa donantem ei quoque tutorem dare oportere: rationem reddens, quia ipse donator tutor esse non potest, ne seisinam suam continuare videatur, nec minor donationi consentire, nisi hoc faciat tutore authore.

b *l.* 2. *c.* 11. *n.* 1. *v. etiam. Britt. c.* 34. *fo.* 92. *a. Fleta l.* 1. *c.* 9. *f. minores.*

Sect. 2. Rex potest literis suis patentibus universalem custodem minori constituere, qui pro eo respondeat in omnibus actionibus cæptis seu incipiendis, idque coram quibuscunque Judicibus. Vel etiam potest duos vel tres custodes conjunctim & divisim constituere, qui pro eodem respondeant aut actionem prosequantur. Eisdemque literis suis ad instantiam minoris potest istiusmodi custodibus authoritatem dare alios custodes conjunctim & divisim substituendi, qui ipsorum vice atque loco vel agant pro dicto minori in omnibus causis & querelis, vel eum etiam defendant *c*.

c *Fitzh. nat. br. fo.* 27. *L.*

Sect. 3. In curiis etiam Baronum aliarumque libertatum non raro custodes vel gardiani per seneschallum vel magistratum municipalem minoribus dantur *d*.

d *Kitchinus inter præcedentia sua pa.* 247.

DE AUTHORITATE TUTORUM vel curatorum.

TIT. XXI.

QUI annis viginti uno minor est, nomine suo contrahere non potest, (nisi pro rebus ad victum, vestitumque & institutionem necessariis *a*), sine authoritate & consensu ejus, sub cujus custodia vel potestate est *b*. Ut nec in judicio stare adversus ipsum custodem aut tutorem *c*. Meliorem conditionem suam per se potest facere qui minor est, deteriorem nequaquam *d*.

Sect. 1. In illis qui feudum militare tenent, aliquid speciale est. Domini enim capitales plenam habent custodiam feudorum suorum omnium sine personis hæredum, quandoque etiam cum personis eorum, & ita quòd inde habeant plenam dispositionem in Ecclesiis conferendis, cùm vacaverint, & in custodiis concedendis, dandis, & vendendis, & in mulieribus maritandis & maritagiis vendendis, si quæ fuerint maritandæ: & generaliter de omnibus disponere ad commodum hæredis *; sicut de propriis essent dispositurì, & melius, si fieri possit. Et vendere possunt custodiam terrarum & maritagium hæredum, si non fuerint maritati: sed de hæreditate nihil possunt alienare, vel vendere ad remanentiam. Hæredes autem, quàm diu fuerint in custodia, honorificè exhibebunt, & debita hæreditaria acquietabunt pro quantitate hæreditatis & pro rata secundùm tempus custodiæ. Negotia verò hæredum agere possunt, & de eorum jure acquirendo, in quibus minoribus placitare licet, placitum movere & prosequi: de jure

a *Brocus. tit. Infant.* 51.

b *Liber nouus intrationum titulo Dum non fuit compos mentis. Bract. l.* 2. *c.* 11. *n.* 1. & *c.* 5. *nu.* 8.

c *Bract. l.* 5. *tract.* 4. *c.* 4. *nu.* 5. *Britt. c.* 121. *Gar. enfant &c.*

d *Bract. l.* 2. *c.* 5. *nu.* 8.

* *Nunc ad proprium commodum Broke Gard.* 2. *Fitzh. Accompt* 36.

jure possessorio propriæ seisinæ, videlicet, vel alicujus antecessoris: sed super recto in causa proprietatis pro illis agere non possunt nec respondere, nisi hoc sit in casu: scilicet de aliquo, de quo minor infra ætatem feoffatus fuit *a*.

§. 2. Tutores verò domos minorum, parcos, vivaria, stagna, molendina, aliaque pertinentia sustentare debent, ne per negligentiam corruant vel deperent per quam vastum valeat adiudicari. Et terras de carucis instauratas tempore debito, saltem prout eas receperunt, illis quiete sine relevio, vel fine fine gratis liberare tenentur: dum tamen de maritagio fuerint unanimes & concordes *b*.

§. 3. Illa etiam authoritas custodum in solatio est, ut contrahant, in judicio stent, reliquaque faciant pro pupillo suo, quæ rerum status que sui vel conservationem vel etiam incrementum spectant, & rationibus reddendis ei justam ætatem adepto obnoxii sunt *c*.

§. 4. Custos in animam minoris jurare potest *d*.

§. 5. In aliquibus casibus jus nostrum minoribus tantum favet, ut ne quidem cum authoritate tutorum, judicii periculum subire eos patiatur, sed placitum usque in plenam eorum ætatem sistat *e*. Super proprietate enim suarum possessionum petere vel respondere, nisi ipsas fuerint adepti, non possunt *f*: ad finem tamen in curia Regis factum, ad propriam injuriam, ad dorem, & ad perquisitum olim tenebantur *g*. Nunc verò ad finem factum non tenentur *h*.

a *Bracton. l. 2. c. 37. nu. 3. ubi plura etiam habes de Custodum officio. v. Britt. c. 34. fo. 90. a.*

b *Fleta. l. 1. c. 12. v. magn. chart. c. 4. westm. 1. c. 47. Statutum Gloc. an. 6. Ed. 1. c. 5. west. 2. c. 35.*

c *Fitzh. nat. br. fo. 118. B.*

d *Fleta. l. 6. c. 10. §. Essoniari. e. v. Glanvil. l. 7. 9. & Bract. l. 5. tract. 5. c. 21. nu. 2.*

f *v. Dyer. fo. 104. nu. 12. 13. 14. & fo. 137. nu. 32. 33.*

g *Fleta. l. 1. c. 9. §. Hæredum.*

h *An. 4. H. 7. c. 24. Fitzh. nat. br. fo. 21.*

QUIBUS MODIS TUTELA finitur.

TIT. XXII.

PUpilli pupillæque omnes non tenentes per servitium militare, cùm annum decimum quartum compleverint, tutelâ sine omni discrimine liberantur *a*. Sed qui sic tenent, tum demum masculi, cùm vicesimum primum annum præteruecti sunt, fœminæ, cum decimum quartum, *b* aut in casu decimum sextum. *c* Licet enim fœmina, anno duodecimo completo, possit contrahere matrimonium, æque jure nostro atque *civili d*, quia tum viripotens esse judicatur: judicii tamen maturitatem non tam festinanter assequitur: & tamen citiùs quam masculus custodem removet, quia si nupserit, tutelam domini sui cum nova viri potestate commutat *e*.

§. 1. Item tum naturali morte tutoris, tum civili *f*, ut maxima & media capitis diminutione, tutela finitur. Item si tutor pupillo terras &c. donarit, seu eum feoffaverit. Nam nemo pariter est minoris & feoffator & tutor *g*. Hoc tamen in gardiano feudi militaris speciale est, ut custodiam pupilli vel legato transferre possit, vel etiam executoribus inter reliqua caralla jure universali relinquere.

§. 2. Dominus feudi si pupillum vel pupillam dederit in matrimonium, custodiâ corporis sui statim excidit: ita ut si contingat eum vel eam, dum adhuc infra ætatem fuerit, cœlibem denuo fieri, ille custodiam non recuperet *h*.

a *Litleton. l. 2. c. 4.*
b *Litleton. l. 2. c. 4.*
c *v. sup. tit. 15. Sect. 4.*
d *Bract. l. 2. c. 37. nu. 7.*
e *Glanvil. l. 11. c. 3. Bract. l. 1. c. 6. nu. 2.*
f *v. supr. de cap. deminut. Sect. 3. 2. 3.*
g *Bract. l. 2. c. 5. nu. 6. v. infra de suspect. tuto. in princip.*
h *Litleton. l. 2. c. 4.*

DE

DE CURATORIBUS.

TIT. XXIII.

MAſculi puberes & fœminæ viripotentes apud Romanos uſque ad viceſimum quintum annum completum curatores accipiebant, nos tantùm ad viceſimum primum: idque eo caſu, quo cuſtodes ratione feudi atque legis neceſſitate uſque ad illud tempus non habeamus. Tutorem autem & curatorem unico gardiani nomine complectimur licet illum perſonæ, hunc rebus præcipue tribui manifeſtè conſtat *a*.

Sect. 1. Aliquibus etiam leges curatores æque atque tutores providerunt. Nam ex ſtatuto Rex idiotarum naturalium terras cuſtodit, exitus eorum capiens ſine vaſto & deſtructione, & inveniens eis neceſſaria ſua, de cujuſcunque feodo illius terræ fuerint, & poſt mortem eorum eas reddit rectis hæredibus: ita ut nullatenus per eoſdem fatuos alienentur, nec eorum hæredes exhæredentur *b*. Ab antiquo idiotas in cuſtodia dominorum fuiſſe Fleta teſtatur *c*, ſed propter multas exhæredationes quæ hinc contigerunt, Regi tandem per communem regni conſenſum hanc eſſe devolutam: hoc tamen adjecto, ut dominis feudorum & aliis quorum interfuerit, in ſervitiis reditibus & cuſtodiis uſque ad legitimam ætatem ſecundum conditionem feudorum releviis & hujuſmodi nihil juris deperiret.

Sect. 2. Item quando aliquis qui prius habuit memoriam & intellectum, non fuerit compos mentis, ſicut quidam ſunt per lucida intervalla, Rex providebit terras & tenementa ejuſmodi cuſtodiri ſine vaſto & deſtructione: & ut ipſe & familia

a *Qui teſtam. tutor. dari poſſ. Sect.* 4. *in Inſtitut. & π. de ritu nuptiarum l. Sciendum.* 20.

b *An.* 17. *Ed.* 2. *v. etiam Britt. fo.* 167. *& Stawn f. præro. c.* 9. *v. etiam. Bract. l.* 5. *tract.* 5. *c.* 20. *nu.* 1. *v. Dier. fo.* 102. *nu.* 53. *& Cokum. l.* 4. *caſu Beverley. fo.* 126. *a.*

c *l.* 1. *c.* 11. *§. ſolent.*

familia ſua de exitibus eorundem competenter vivant & ſuſtententur: utque reſiduum ultra ſuſtentationem eorundem rationabiliter cuſtodiatur ad opus ipſorum: ita ut prædictæ terræ & tenementa, infra prædictum tempus nullatenus alienentur, neque Rex aliquid de exitibus recipiat ad opus ſuum. Et ſi obierit in tali ſtatu, tunc illud reſiduum diſtribuatur pro anima ejuſdem per conſilium Ordinarii *a*.

§. 3. Natu aliter ſurdus & mutus, & perpetuo morbo laborans juxta aliquorum opinionem curatores neceſſariò habet *b*.

Sect. 4. Inviti adoleſcentes niſi feudi ratione, aut ex cauſis præmiſſis curatores non accipiunt, præterquam in litem. Ad litem autem datur ſæpe non ſolum proximus propinquus, qui minori in agendo, ſed etiam gardianus, qui ei ſe defendendo ſuppetias ferat *c*.

Sect. 5. Nemo autem ut gardianus minoris, vel proſequatur pro eo, vel ſuſcipiat actionem ſine Waranto. Sed poteſt quis ut proximus et proquinquus actionem pro eo ſine expreſſo mandato intentare *d*. Minor autem gardiano, qui pro illo actionem aliquam proſequitur ut proximus propinquus, renunciare non poteſt *e*.

Sect. 6. Idiota à nativitate non recipitur vel ad agendum vel defendendum in aliqua cauſa per cuſtodem vel proximum propinquum. Sed requiritur, ut ipſe ſemper præſens ſit in propria perſona *f*.

a *an.* 17. *Ed.* 2. *c.* 10. & *ibi Stawn. f. v. etiam Bract. l.* 5. *tra.* 5. *c.* 6. *nu.* 7. *v. Dier f.* 25. *nu.* 164. *v. Cocum l.* 4. *caſu Beverley. fo.* 127. *a. b.*

b *Bract. l.* 5. *tract.* 3. *c.* 6. *nu.* 7. & *tract.* 5. *c.* 18. *nu.* 1. & *c.* 20. *nu.* 1.

c *Weſtm.* 1. *c.* 47. & *weſtm.* 2. *c.* 15. & *Fitz. nat. br. fo.* 27. *H. I. L.*

d *Fitzh. nat. br. fo.* 27. *I.*

e *Idem.*

ibid. K.

f *Fitzh. nat. br: fo.* 27. *G.*

DE

DE SATISDATIONE TUTORUM, vel Curatorum.

TIT. XXIV.

TUtor sive custos ille solus, qui à magistratu vel ordinario datur ad satisdandum jure nostro tenetur. Is autem priu quam admittitur ad tutelam, juramento recipit se omnia pupilli sui negotia ad utilitatem & commodum ejus administraturum, verum & fidele inventarium bonorum suorum confecturum, & infra certum tempus (quod illi per Judicem assignatur) exhibiturum, nec non rationes sui muneris, cùm ad id exactus fuerit justas & sinceras redditurum. Ultra hoc etiam idoneos dat fidejussores cum illo conjunctim, & per se divisim, pro fideli, atque recta suæ tutelæ administratione obligatos *a*.

a *hoc praxi quotidianâ Judicum ecclesiasticorum confirmatur.*

DE EXCUSATIONIBUS TUTORUM vel Curatorum.

TIT. XXV.

DE excusatione tutorum vel curatorum leges nostræ nihil loquuntur, quia nemini invito hoc munus imponunt.

DE

DE SUSPECTIS TUTORIBUS, vel Curatoribus.

TIT. XXVI.

TUtorum fidei proſpiciunt aliquo modo leges noſtræ. Nam qui donat pluribus, quorum aliqui majores, aliqui minores ſunt, regulariter poteſt eos qui majores ſunt, minoribus tutores conſtituere. Hoc tamen non procedit ſi aliqua ſuſpicio habeatur, quòd machinari velint in mortem minorum. Suſpicio autem hîc non admittitur, ſi donatio fiat patri aut matri, & eorum pueris legitimis. Aliud tamen eſt, ſi fratri, vel avunculo, vel nepoti, propter jus adcreſcendi *a*.

Sect. 1. Item qui jure feudi ſui cuſtos eſt, quam diu cuſtodiam terræ habuerit, ſuſtentare debet domus, parcos, vivaria, ſtagna, molendina, & cætera omnia ad terram illam pertinentia de exitibus ejuſdem terræ, & reddere hæredi, cùm ad plenam ætatem peruenerit, terram illam ſuam totam inſtauratam de carucis & omnibus, & ſaltem non minus, quàm ſecundum quod illam inſtauratam invenit. Item nihil capiet de terra hæredis, dum ſit infra ætatem præter rationabiles conſuetudines & rationabilia ſervitia. Et hæc ſine deſtructione hominum & rerum. Quod ſi fecerit, ſive præceſſerit prohibitio ſive non, amittet cuſtodiam & emendabit damnum: & tradetur terra propter delictum talibus diſcretis & legalibus hominibus de feudo illo, vel propinquioribus conſanguineis *b*.

Sect. 2. Regulariter etiam verum eſt, quod nunquam remanebit aliquis in cuſtodia alicujus, de quo haberi poſſit ſuſpicio, quod velit jus

a Bract. l. 2. c. 11. in princi. v. ſupr. quil. mod. tut. finitur Sect. 1.

b Bract. l. 2. c. 37. nu. 3. & l. 4. tract. 6. c. 19. nu. 2. magna chart. c. 4. & 5.

jus clamare in ipsa hæreditate. Unde si plures sint filiæ & hæredes quæ tenent in socagio, nulla earum debet esse in alterius custodia, sed sint in custodia proximorum consanguineorum, qui conjuncti sunt jure sanguinis non jure successionis. Si autem tenent per Servitium militare omnes erunt sub custodia domini capitalis, (& non una sub custodia alterius, propter predictam suspicionem,) donec plenam ætatem habuerint *a*.

Sect. 3. Minor prosequitur breve de vasto adversus custodem suum, & atturnatum in illa actione constituit *b*.

a *Bract. l.* 2. *d. c.* 37. *nu.* 6. & *l.* 2. *c.* 5. *nu.* 8.

b *Fitzh. nat. br. fo.* 27. *H.*

Finis Libri Primi.

IN-

INSTITUTIONUM JURIS ANGLICANI LIBER SECUNDUS.

DE RERUM DIVISIONE ET adquirendo earum dominio.

TIT. I.

SUperiùs dictum eſt de perſonis & ſtatu hominum & jure perſonarum: conſequenter dicendum eſt de rebus per diviſionem; quia melius per diviſionem melius aperiuntur *a*.

Sect. 1. Rerum prima diviſio hæc eſt, quod quædam ſunt in patrimonio, quædam extra. In patrimonio noſtro ſunt res tam mobiles quàm immobiles, quibus pro voluntate & neceſſitate nobis uti licet. Jura & ſervitutes proprie in bonis non ſunt; ſed tamen quia non prorſus extranea, magis eſt ut in bonis annumerentur *b*.

Sect. 2. Extra patrimonium dicuntur res ſacræ, religioſæ, & communes *c*.

Sect. 3. Naturali jure communes ſunt omnes hæ

a Bract. l. pri. c. 12. in princ.
b Bract. ibidem nu. 2. Fleta. l. 3. c. 1. in principio dicit jura incorporalia nec in patrimonio eſſe, nec extra patrimonium.
c Bract. l. 1. c. 12. nu. 2. Fleta. l. 3. c. 1. in prin.

hæc aqua profluens, aer, & mare, & littora maris quasi accessoria. Nemo enim ad littus maris accedere prohibetur, dum tamen à villis & ædificiis abstineat: quia littora sunt jure gentium communia; sicut & mare. Ideo ædificia si in mari sive in littore posita fuerint, ædificantium sunt de jure gentium: & ita in hoc casu solum cedit ædificio, licet alibi contrarium; quia ædificium cedit solo *a*.

a *Bract. d. l. 2. c. 12. nu. 5.*

Sect. 4. Publica verò sunt omnia flumina & portus. Ideoque jus piscandi omnibus commune solet esse in portu & in fluminibus *b*. Riparum etiam usus publicus est de jure gentium, sicut ipsius fluminis. Itaque naves ad eas applicare, funes arboribus ibi natis religare, onus aliquod in iis reponere, cuivis liberum est, sicut per ipsum fluvium navigare. Sed proprietas earum est illorum, quorum prædiis adhærent: & eâdem de causâ arbores in eisdem natæ eorundem sunt. Et hæc intelligenda sunt de fluminibus perennibus: quia temporalia possunt esse privata *c*. Sed publica hæc, quæ totius populi aliquando fuerunt, jure nostro ad regem transferuntur: quippe qui universi populi atque adeò ipsius Reipub. personam sustinet *d*. Qui itaque in ripas fluminum publicorum naves hodie exonerant, vectigal Regi, aut jus ejus habentibus hoc nomine pendunt *e*. Et in flumine publico nemo piscatur, qui à Rege hanc libertatem non obtinuit *f*.

b *v. Sect. 12. h. tit.*

c *Bract. l. 2. c. 12. nu. 6. Brit. c. 33.*

d *Flowd. in casu Reneger & Fogassæ.*

e *3. H. 7. fo. 14.*

f *Fitzh. nat. bre. fo. 88. H.*

§. 5. Hîc nota differentiam inter publicum & commune. Publica autem ita accipiuntur, quæ sunt omnium populorum, id est, quæ spectant ad usum hominum tantùm. Communia verò dici poterunt aliquando, quæ sunt omnium animantium *g*.

g *Bract. ibid. nu. 6. Brit. c. 33. Fleta l. 3. c. 1. Sect. Riparum.*

§. 6. U-

a *Bract. ibidem nu.* 7. *Brit. c.* 33. *Fleta. l.* 3. *c.* 1. *Sect. Aliæ universit.*

Sect. 6. Universitatis verò sunt (non singulorum) quæ sunt in civitatibus, ut theatrum, [illegible] dia, & hujusmodi, si qua sint in civitate commonia. Et dicuntur ista universitatis dominio & [illegible] Usualia autem dicuntur esse universitatis, non [illegible] su, sed dominio & fructu: ut fundi & servi [illegible] vitatum, ita ut nullius sint per se *a*.

b *Bract. ubi supra nu.* 10. *quem etiam vide l.* 3. *tractat.* 2. *c.* 3. *nu.* 4. 5. & 6. *D.* & *Stu. l.* 2. *c.* 51. *fo.* 157. *a.* & *Brit. c.* 33. *v. Fletam. l.* 1. *c.* 43. & 44. & *c.* 47. & *l.* 3. *c.* 1. *Sect. Item res.*

Sect. 7. Nullius in bonis res sunt plurib[illegible] modis: jure naturali, ut feræ bestiæ, volucres, pi[illegible] ces, & homines; censurâ, ut res sacræ, religios[illegible] sanctæ: casu: ut hæreditas jacens ante aditionem [illegible] wreckum: voluntate, ut derelictum: tempor[illegible] ut thesaurus *b*. Sed jure nostro Wreckum, der[illegible] lictum, & thesaurus ad fiscum spectant *c*.

Sect. 8. Res sacræ sunt, quæ ritè & per pon[illegible] fices deo consecratæ sunt; veluti ædes sacræ, [illegible] dona quæ ritè ad ministerium Dei dedicat[illegible] sunt: ut calices, cruces, & thuribula: quæ alie[illegible] nari prohibentur, exceptâ causâ redemption[illegible] captivorum. Item loca sacra sunt cœmiteria, [illegible] capellæ, & eccl'esiæ. Et licet ædificia diruantur adhuc locus sacer manet. Et differt sacrum à s[illegible] crario, quia sacrarium dicitur locus ubi sac[illegible] reponuntur *d*. Etiam res quasi sacra est via Re[illegible] gia *e*.

c *Kitchin. fo.* 12. *nu.* 39. 37. *fo.* 30. *b. fo.* 40. *a. statutum de prær. Regis c.* 11.

Sect. 9. Res religiosas Christiana religio e[illegible] asdem fere cum sacris facit. Sunt tamen apud no[illegible] nobiles aliqui nonnunquam qui capellas cum [illegible] venia ordinarii & parochianorum exædificand[illegible] juxta ecclesias, jus sepulchrorum sibi in eisdem

d *Bracton. ubi supra nu.* 9. & *l.* 2. *c.* 27. *nu.* 2. *in fine. quem quoque vide l.* 2. *c.* 5. *n.* 7. *Brit. d. c.* 33. e *Bract. l.* 4. *tracta.* 1. *c.* 16. *nu.* 9. *&c.* 28. *sparsim &c.* 38. & *tract.* 3. *c.* 9. *quem quoque vide l.* 5. *tract.* 5. *c.* 10. *in prin. Fleta. l.* 3. *c.* 1. *Sect. Sacra.*

ac-

acquirunt, ita ut nemini alii in easdem mortuum inferre liceat.

Sect. 10. Res sanctæ sunt quæ defensæ sunt & munitæ ab injuria hominum: ut & lex illa specialiter sanctio dicitur, quæ pœnam injurioso imponit. Hujusmodi sunt muri & portæ civitatum. Ideo enim dicuntur muri sancti, quia si veteribus juris nostri scriptoribus credimus pœna capitalis constituta est in eos qui aliquid in muros sanctos deliquunt, violando aliquid in his vel immutando, vel transcendendo scalis adhibitis, vel aliâ quâlibet ratione. Quia hostile est & abominabile aliâs ingredi quàm per portas *a*. Sed hæc pœna videtur hodie arbitraria, nisi saltem hujusmodi delictum tempore belli admittatur.

Sect. 11. Singulorum autem hominum res sunt jure naturali sive gentium, vel jure civili. Ut igitur à vetustiori incipiatur, quod cum ipso genere humano rerum natura prodidit: post dicendum erit de jure civili, quod postea esse cœpit: cùm nimirum civitates condi, & magistratus creari, & leges scribi cœperunt *b*.

Sect. 12. Jure naturali igitur sive gentium dominia rerum inprimis quæruntur per occupationem eorum quæ non sunt in bonis alicujus. Occupatio autem continet piscationem, venationem, aucupium, inclusionem, apprehensionem *c*. Res istis modis acquisitas jus gentium facit occupantis: sed nostrum non utique simpliciter. Nam multa Regis sunt jure prærogativæ suæ *d*. Non pauca etiam statuta piscationi *e*,

a *Bract. ubi supra nu.* 9. *Hareri Fleta appellat quasi sacras l.* 3. *c.* 1. *Sect. sacra.*

b *Bract. l.* 2. *c.* 1. *nu.* 2. *Britt. c.* 33.

c *Bract. ubi supra nu.* 2. & 3. *Britt. c.* 33. *Fleta. l.* 3. *c.* 2. *in prin. Plowden casu. Remiger fo.* 28. *b.*

d *Bract. ibidem nu.* 2.

e *An.* 4. *H.* 7. *c.* 15. *an. Elizab. c.* 17. *nu.* 25. *H.* 8. *c.* 7. *an.* 13. *Ed.* 1. *c.* 47. *an.* 13. *Elizab. c.* 18. *an.* 31. *H.* 8. *c.* 2. *an.* 3. *Ed.* 3. *c.* 1. *an.* 13. R. 2. *stat.* 1. *c.* 19. *an.* 1. *Elizab. c.* 17. *an.* 5. *Elizab. c.* 21. *an.* 23. *H.* 8. *c.* 18. *an.* 31. *H.* 8. *c.* 2.

aucu-

aucupio *f*, venationique *g*, modum imposuerunt quo prisca illa juris gentium libertas coarctata est. Consuetudo etiam locorum juri communi in istis aliquando derogat *h*.

Sect. 13. Sola persecutio non facit rem meam. Nam etsi feram bestiam vulnerarerim ita ut capi possit, non tamen est mea, nisi eam cepero: Imo erit potius occupantis, quia multa accidere solent ne capiam. Item si in laqueum, quem venandi causâ tetendi, aper inciderit, & cum coertione illum exemptum abstuli, erit meus si in potestatem meam peruenerit: nisi consuetudo vel privilegium se habet in contrarium *i*.

Sect. 14. Apum quoque fera natura est. Nam si in arbore mea considerint, non magis sunt meæ, antequam à me alveo includantur, quàm volucres quæ in arbore mea nidum fecerint: & ideo si alius incluse it eas, earum dominus erit; pulli tamen volucrum meis arboribus inædificantium, donec avolare possint jure nostro mei sunt: ita ut qui illos mihi subduxerit, mihi ad damnum resarciendum obnoxius fiat *k*. Examen etiam quod ex alveo meo evolavit eousque meum esse intelligitur, quàm diu in conspectu meo est, nec sit impossibilis ejus persecutio; alioquin occupantis est. Sed si quis illud ceperit, suum non facit, si sciverit ipsum esse alienum, sed furtum facit, nisi animum habeat restituendi. Et hæc vera sunt, nisi aliquando de consuetudine in quibusdam partibus aliud fiat *l*.

f an 37. *Ed.* 3. *c.* 13. *an.* 11. *H.* 7. *c.* 17. *an.* 24. *H.* 8. *c.* 10. *an.* 25. *ejusd. c.* 11. *an.* 31. *ejusd. c.* 12. *an.* 32. *ejusd. c.* 8. & *c.* 11. *an.* 3. & 4. *Ed.* 6. *c.* 7. *an.* 5. *Elizab. c* 21 *an.* 23. *ejusd. c.* 10. *v. Dyer. fo.* 306. *nu.* 66. & *fo.* 326. *nu.* 3. *g an.* 23. *Elizab. c.* 10. *an.* 13. *Ed.* 2. *stat.* 1. *c.* 13. *an.* 2. & 3. *Ed.* 6. *c.* 14. *an.* 3. & 4. *ejusd. c.* 17. *v. Dyer. fo.* 238. *nu.* 34. h *Bract. l.* 2. *c.* 12. *nu.* 3. *Fitzh. nat. bre. fo* 86. *L. m.* 87. *A. G. H. I.* 89. *K: Doct.* & *Stu. l.* 1. *c.* 5. *in fine.* i *Bract. ibidem. nu.* 3. k *An.* 14. *H.* 8. *fo.* 1. & 5. *Fitzh. nat. bre. fo.* 86. 2. l *Bract. l.* 2. *c.* 12. *nu.* 3. *Britt. c.* 33. *Fleta l.* 3. *c.* 2. *Sect.* 2.

Sect. 15. H

§. 15. Hæc quæ dicta sunt, locum habent in animalibus quæ omni tempore fera permanserunt: si autem animalia fera facta fuerunt mansueta, & ex consuetudine eunt & redeunt, volant & revolant, ut sunt cervi, cygni, pavones, columbæ & hujusmodi, alia regula comprobata est ut eousque nostra intelligantur, quam diu animum revertendi habuerint. Nam si revertendi animum habere desierint, nostra esse desinunt. Revertendi autem animum videntur desinere habere tunc, cùm consuetudinem revertendi deseruerint. Idemque dicitur de gallinis & anseribus quæ ex mansuetis feræ sunt *a*.

a *Bract. ibidem Fleta. l. 3. c. 2. Sect. De*

§. 16. In domesticis verò anseribus & gallinis tertia regula comprobata est: quòd licèt conspectum meum effugerint, quocunque tamen loco sunt, mei intelliguntur esse, & furtum facit, qui eos animo lucrandi retinuerit *b*.

b *Bract. ibidem.*

§. 17. Habet etiam locum ista species occuparionis in iis quæ ab hostibus capiuntur, ut si liberi homines in servitutem nostram deducantur, & potestatem nostram evaserint, ptistinum statum recipiunt *c*.

c *Bract. ibidem.*

d *Bract. ibidem & Britt. d. c. 33. Fleta. l. 3. c. 2. Sect. Apprehensione.*

§. 18. Item locum habet eadem species occuparionis in iis quæ communia sunt, sicut in mari & littore maris: in lapillis & gemmis & cæteris in littore maris inventis *d*.

e *Bract. eodem c. 2. in princ. Brit. c. 33. Fleta. l. 3 c. 2. Sect. adquiritur.*

Sect. 19. Secundus jure gentium acquirendi modus est per accessionem discretam, vel secretò concretam seu continuam. Et quæ ex animalibus dominio tuo subjectis nata sunt, tibi acquiruntur *e*.

Sect. 20. Item quod per alluvionem agrò tuo flumen adiecit, jure gentium tibi acquiritur. Est autem alluvio latens incrementum, & per alluvionem

vionem adjici dicitur, quod ita paulatim adjicitur, ut intelligere non possis quo momento temporis adjiciatur *a*.

a *Bract. ibide. Britt. ibidem Fleta ubi sup. Dyer. fo. 326. nu. 2.*

Sect. 21. Si autem non sit latens incrementum sed apparens, contrarium erit: ut ecce vis fluminis partem aliquam ex tuo prædio detraxit & vicini prædio appulit: certum est eam tuam permanere. Sed etsi longiori tempore fundo vicini adhæserit, & arbores, quas secum traxit, in eum fundum radices egerint, ex eo tempore videntur fundo vicini acquisitæ. Dabitur tamen priori domino utilis vendicatio secundum quosdam: sed cessat rei vendicatio, quia alterius facta est crusta, & alia dicenda est arbor aliûs terræ alimento *b*.

b *Bract. ibidem Brit. c. 33. Fleta. ubi supra.*

Sect. 22. Habet etiam locum eadem species accessionis in insula nata in flumine, quæ si quidem mediam partem fluminis teneat, communis est eorum, qui pro indiviso ab utraque parte fluminis prope ripam prædia possident, pro modo latitudinis cujuscunque fundi, quæ latitudo prope ripam sit. Quòd si alteri parti proximior sit, eorum est tantùm qui ab ea parte prope ripam prædia possident *c*.

c *Bract. ibidem quem expatiantem videris Brit. c. 33. Fleta. l. 3. c. Sect. habet etiam.*

Sect. 23. Si autem insula in mari nata sit (quod raro accidit) occupantis fit. Non tamen credas proprium alicujus agrum in formam insulæ redactum, insulam esse: ut ecce flumen dividitur in superiori parte, & circuit agrum alicujus, & demum infrà unitur: hoc casu ejus erit ager cujus prius fuerat. Habent autem hæc locum in agris non limitatis. Nam in limitatis non habet locum jus alluvionis. Sunt autem limitati qui assignantur aliquibus certis locis & certis terminis: ubi scitur quid cui sit datum, quid remanentum & relictum. Præterea agris limitatis non

cedit insula ratione vicinitatis in flumine publico: imo conceditur occupanti, & per consequens Regi propter suum privilegium *a*.

Sect. 24. Habet quoque locum eadem species accessionis in alveo fluminis a fluvio derelicto. Cedit enim eis qui prope ripam prædia possident, pro modo sc. latitudinis cujuscunque agri quæ latitudo prope ripam sit. Novus autem alveus ejusdem juris incipit esse, cujus & ipsum flumen, id est, publicus. Sed ubi flumen mihi abstulit meum prædium per alvei constitutionem, deinde redit ad antiquum alveum, de jure quidem stricto in prædio meo nihil possum vendicare: cedit enim iis qui prope ripam prædia habent: de æquitate tamen vix obtinet hoc, id est, nullo modo obtinet *b*.

Sect. 25. Ubi autem flumen alveum sibi non constituit in agrum meum sed illum inundaverit, non immutatur species ejus quantùm ad proprietatem *c*. Atque hæc de accessione quæ fit tantùm divinâ naturâ operante.

Sect. 26. Est & alia accessio, quæ fit tantùm humanâ naturâ operante, quæ fit per adjunctionem unius speciei ad alteram ejusdem generis vel diversi, per applumbaturam vel ferrumination em. Si autem per applumbaturam, minor cedit majori vel preciosiori: sed si neutrâ preciosior, quilibet suum vendicabit *d*.

Sect. 27. Vendicat etiam sibi locum jus accessionis in ædificiis per humanæ naturæ laborem: ut si quis in solo suo alienam materiam ædificaverit, ipse dominus intelligitur ædificii: quia omne quod inædificatur, solo cedit *e*. Nec tamen is qui materiæ dominus fuerat, dominus esse desinit, nec suum potest eximere, sed pro eo duplum consequetur. Sit si dirutum sit ædificium,

a *Bract. ibidem Fleta. l.* 3. *c.* 2. *Sect. si autem.*

b *Bract. ibidem nu.* 2. *v. Cromt. jurisdict. ubi patet hoc quoque in terrâ per mare relicta esse verum. f.* 109. *b. Court. d'eschequer.*

c *Bract. ibidem*

Britt. c. 33. *Fleta. l.* 3. *c.* 2. *Sect. ubi autem.*

d *Bract. ibidem nu.* 3. *Fleta. l.* 3. *c.* 2. *Sect. est autem.*

e *Fulb. titulo Leviers fo.* 39. *b. Fleta. l.* 3. *c.* 2. *Sect. est autem.*

cium, quod suum fuerit vendicare poterit, nisi fuerit duplum consequutus. E contrario autem si quis de suo in alieno solo ædificaverit malâ fide, materiam præsumitur donasse: si autem bonâ fide, hoc est, existimans solum esse suum, solvat dominus soli precium materiæ & mercedum fabricatorum. Hûc autem quod prædictum est locum habet, si ædificium sit immobile: si autem mobile, aliud erit: ut ecce, horreum frumentarium novum ex tabulis ligneis factum in prædio Sempronii positum, non est Sempronii *a*.

Sect. 28. Hæc eadem species accessionis per humanæ naturæ solicitudinem potest assignari in literis. Literæ enim licèt sint aureæ, perinde membraneis chartisvè cedunt, sicut ea solo cedere solent quæ ædificantur vel inseruntur *b*. Sed in picturis erit contrarium. Ridiculosum enim esset pretiosam picturam per accessionem cedere vilissimæ tabulæ: & ideo tabula cedit picturæ *c*.

§. 29. Potest etiam eadem species assignari in texturis. Nam si alienam purpuram quis intexuerit in vestimento suo, licèt pretiosior sit purpura, tamen cedit vestimento jure accessionis *d*.

Sect. 30. Item eadem species accessionis potest assignari in fructuariis & usuariis circa fructuum obventionem *e*.

Sect. 31. Alia autem accessio erit divinâ naturâ & humanâ cooperante, & quæritur ex ea dominium. Ut ecce: Titius alienam plantam in solo suo posuit, ipsius erit planta. Et ex diverso, Titius suam plantam in Mævii solo posuit, Mævii erit planta: si modò utroque casu radices egerit. Unde versus:

Quicquid plantatur, seritur, vel inædificatur

Omne

a *Bract. ibidem nu. 4. Brit. c. 33. qui dat hic cautionem fo. 86. a. Percinus titulo Dower. 328.*

b *Bract. ibidem nu. 5. v. plovid. casu informationis circa fodinas f. 223. b. pixis chartæ pixidi cedant.*

c *Bract. ibidem.*

d *Bract. ibidem.*

e *Bract. ibidem Fleta. l. 3 c. 2. Sect. est autem.*

Omne ſolo cedit, radices ſi tamen egit. Sed antequam radices egerit, permanet ejus cujus priùs fuerat. Sed hoc eſt adeo verum, ut ſi vicini arbor, ita terram Titii oppreſſerit, ut in ejus fundo radices egerit, Titii erit arbor. Ratio enim non permittit ut alterius ſit quàm ejus in cujus fundo radices egerit. Item ſi in confinio arbor poſita ſit, & in vicini fundo radices egerit, communis erit, nec licebit vicino radices excidere. Et hoc verum eſt ſi arbor mea in vicini fundo radices egerit ſine quibus vivere non poſſit. Si autem ſatis vivere poſſit ſine illis radicibus, non erit communis *a*.

a *Bract. ibidem nu. 6. Fleta. l. 3. c. 2. Sect. Alia autem.*

§. 32. Quâ autem ratione plantæ ſolo cedunt, cùm radices egerint, & ædificia immobilia; eâdem ratione cedunt frumenta, cùm ſata fuerint & ſolo coaluerint, ſive fortuito caſu ceciderint in terram, ſive non *b*.

b *Bract. ibidem Brit. c. 33.*

Sect. 33. Acquiritur & nobis per ſpecificationem: ut ſi quis de aliena materia ſpeciem fecerit aliquam, dominus erit ſpeciei qui fecit *c*.

c *Bract. l. 2. c. 3. nu. 1. Fleta. l 3. c. 2. Sect. adquiruntur.*

§. 34. Eſt & alius modus acquirendi per confuſionem. Confunduntur itaque liquida, ut mel & vinum. Confunduntur etiam ſolida, licèt cum difficultate magna: *viz.*: ſpecies: ſicut aurum, & argentum, plumbum, ferrum: & quod ex his redigitur erit commune (ſive ſeparari poſſit ſive non) inter eos de quorum voluntatibus corpora ſive ſpecies confunduntur. Si autem caſu fortuito fiat confuſio, & ſeparari non poſſint, idem erit. Si enim ſeparari poſſint materiæ unuſquiſque partem ponderis, & menſuræ habebit, quam habuit in rudi materia *d*.

d *Bract. d. c. 3. nu. 2. Fleta. l. 3. c. 2. Sect. eſt & alius.*

Sect. 35. Si autem frumentum alicujus mixtum fuerit cum frumento alterius, non erit frumentum inter eos commune, ſed quilibet de acer-

a *Bract. ibidem Fleta. ubi sup. Sect. Cum autem.*

vo suo vendicabit partem, pro modo sui frumenti, Nec fieri poterit communicatio frumenti, quia singula corpora manent in sua substantia, ac si pecora Titii tuis pecoribus essent mixta, ubi non intelligitur grex esse communis. Et quamvis

b *Fulbeck. Bargaines &c. fo. 13. b. & 14. Elizab. 311. Dyer, 3 v. Cocum l. 1. casu. Shelley fo. 98. a. &.*

valde difficile sit, & quasi impossibile separare frumentum meum à frumento tuo: satis tamen dici poterit pro parte indivisâ dari vendicationem, quasi acervus frumenti communis sit: ut vendicet tantum de acervo quantum fuerat suum. Et differt confusio à mixtione in tribus. Species enim dicuntur misceri & materiæ confundi. Item species mixtæ remanent in eadem substantia & specie; confusæ autem transferuntur in alienam materiam *a*.

Perkinum Devises. 519. Statut. Glocest. c. 1. an. 6. Ed. pri.

§. 26. Si quis à non domino quem dominum esse credit, bona fide fundum emerit, vel ex donatione, aliave justa causa æque bona fide acceperit, naturali ratione placuit fructus quos percepit ejus esse pro cultura & cura *b*. Ei verò qui alienum fundum sciens possederit, non idem

d *Perkinus titulo. Devises. 513. 514. 515. 518. 519. 520.*

concessum est *c*.

§. 37. Is qui ad vitam terras tenet (talis autem idem ferè est qui usufructuarius jure Romano fuit) fructuum non perceptorum an dominus sit, quæstio esse potest? Et nostri distinguunt utrum solâ naturâ divinâ operante fructus crescant, an humana quoque cooperante excitentur,

e *Bract. ibidem quem quoque vid. l. 3. tractat. 2. c. 3. nu. 3. v. etiam*

Illos enim ad eum qui in terra succedit spectare volunt, hos verò per eum qui ad vitam tenet, testamento vel aliter disponi posse concludunt *d*.

§. 38. Acquiritur & dominium per inventionem: ut si thesaurus inveniatur *e*. Est autem the-

Plowd. casu mines de mineris auri & argenti fo. 315. a. & seqq. & etiam castri vel stanni in quibus aliquid auri vel argenti invenitur fo. 323. a. & seqq.

saurus

ſaurus quædam vetus depoſitio pecuniæ vel alterius metalli, cujus non extat modo memoria, ut jam dominium non habeat: & ſic de jure naturali ſit ejus qui invenerit, ut non alterius ſit *a*. Alioquin ſi quis aliquid lucri cauſa, vel metus, vel cuſtodiæ recondiderit ſub terra, non erit theſaurus: cujus etiam furtum ſit. Theſaurus fortunæ donum creditur, & nemo ſervorum operâ theſaurum quærere debet, nec propter theſaurum terram fodere. Cùm igitur theſaurus in nullius bonis ſit & antiquitus de jure naturali eſſet inventoris: nunc de jure gentium efficitur ipſius domini Regis *b*. Hoc tamen verum eſt, ſi in terra inveniatur: ſecus ſi in mari *c*. Aliæ res inventæ ſuper terram domini permanent qui perdidit, ſi intra annum & diem eas vendicaverit: nec fiunt inventoris priuſquam in merketis & eccleſiis vicinis inventas publicaverit *d*. Imo hodie ſi inanimatæ ſint, domini perpetuò manent, nec ulla præſcriptione temporis inventori acquiruntur *e*. Ratio differentiæ hæc eſſe videtur, quòd res animatæ ſine ſumptu non cuſtodiuntur. Quod in inanimatis aliter ſe habet.

a *v. Fletam l.* 1. *c.* 43.
b *Bract. l.* 3. *tract.* 2. *c.* 3. *nu.* 4. *quem. v. quoque eodem c.* 6. *Fulb. tit. Bargaines and ſales, fo.* 17. *a.*
c *Brit. c.* 17.
d *Brit. ibidem D. & Stu. l.* 2. *c.* 38. *v. Dyer.* 121. *nu.* 14.
e *Brocus. Action ſur le caſe.* 109. & 113.

§. 39. Res quæ traditione noſtræ fiunt, jure gentium nobis acquiruntur. Nihil enim tam conveniens eſt naturali æquitati quàm deſiderium domini volentis in alium rem ſuam transferre ratum habere. Eſt autem traditio rei corporalis propriæ vel alienæ de perſona in perſonam manu propria vel aliena, ſicut procuratoriâ (dum tamen de voluntate domini) in alterius manum gratuita tranſlatio. Et nihil aliud eſt tradere in uno ſenſu, niſi induſtio in poſſeſſionem rei corporalis *f*. Et nihil intereſt, an ipſe dominus per ſe tradat alteri rem ſuam datam vel venditum, an alius voluntate ipſius, ſicut procura-

f *Bract. l.* 2. *c.* 18. *nu.* 2. *Brit. c.* 40. *Fleta. l.* 3. *c.* 2. *Sect. finali.*

a *Bract. l.* 2. *d.c.* 18. *v. infra de donatim Sect. ut donatio.*

tor, si ipse præsens non fuerit vel nuncius, cui literis tamen procuratoriis patentibus competentibus voluntatem ipsius donatoris vel venditoris *a*.

§. 40. Item sufficit pro traditione corporali nuda voluntas domini ad alium transferendi

b *Bract. l.* 2. *c.* 18. *nu.* 2. *v. Littleton. l.* 3. *c. Releases a. Fletam. l.* 4. *c.* 20. *Sect. Amitti etiam poterit.*

quasi mutata causa possessionis: dum tamen fiat cum solennitate, ut probatio non deficiat: ut si quis alicui rem locaverit, vel ad terminum vitæ aut annorum concesserit, & eam eidem postea vendiderit, vel donaverit, licet eam ex tali causa primò non habuerit, eò tamen quòd ipse dominus patitur eam ex tali causa vel alia quacunque apud eum esse, sua efficitur. Eodem modo si nulla justa causa præcedente, sed per intrusionem vel disseisinam sit aliquis in possessione rei alterius, & velit dominus proprietatis ut intrusoris vel disseisitoris sit, ejus erit, quamvis possessio apud verum dominum non fuerit. Fingitur enim quòd per voluntatem domini quasi ab eo & per manum suam ad detentorem venerit rei possessio & dominium *b*.

c *Bract. l.* 2. *c.* 27. *nu.* 1. *Fleta. l.* 2. *c.* 51. *in prin. v. Dyer. f.* 76. *nu.* 30.

§. 41. Venditæ verò res & traditæ non aliter emptori acquiruntur, quam si is venditori

d *Dyer. fo.* 30. *nu.* 203. *v. Plowd. Case Smith. & stapleton f.* 432. *b. v. quoque eu in casu Reniger f.* 5. *a. b. & fo.* 9. *a. b.*

precium solverit, vel alio modo ei satisfecerit veluti per arras *c*: nisi venditor emptoris fidem secutus fuerit *d*.

§. 42. Si cui debeat traditio fieri sive per ipsum dominum sive procuratorem, de aliqua domo per se vel messuagio ratione alicujus fundi, eo animo ut donatarius totum fundum possideat usque ad certos terminos, cum omnibus juribus & pertinentiis suis: non est in hoc casu necesse omnes glebas circumire, nec ubique ad undique pedem ponere: sed sufficit, si traditio fiat per ostium, per haspam, vel per annulum ostii.

Nam sic erit in possessione totius ex voluntate & aspectu & possidendi affectu. Si autem nullum sit ibi ædificium, fiat ei seisina, secundùm quod vulgariter dicitur, per fustim & baculum. Et sufficit sola pedis positio cum possidendi affectu, ex voluntate donatoris, quamvis statim expletia non capiat *a*. Sed sine seisina data, literum tenementum, feoffamento, dono, vel locatione non transfertur *b*.

Sect. 43. Missilia non tam frequentia sunt apud nos quàm apud Romanos fuerunt, de iis tamen aliquando audivimus, & eorum idem utrobique est jus. Et cùm aquæductus Londinenses vinum effundant in coronationibus principum, aut aliis hujusmodi solennitatibus, vinum quod quisque capit, suum efficit *c*.

Sect. 44. Derelictum nostri Waivium dicunt. Hoc olim, fuit inventoris de jure naturali, & jam de jure gentium principis sit *d*. Waivium autem videtur catallum personale & mobile felonia subductum, & à subducente metu captionis derelictum, cujus dominus non apparet *e*. Quapropter si quid tale inveniatur, Regi acquiritur, aut saltem domino feudi, qui hanc libertatem sibi concessam à Rege habet. Ita tamen ut si dominus intra annum & diem idem vendicaverit, illi restituendum sit *f*.

Sect. 45. Item animalia quæ oberrantia reperiuntur in feudo aliquo, derelictorum causam subeunt. Nam & hæc Waiviorum nomine antiqui nostri scriptores comprehendunt *g*. Alii autem eadem (Estraye) speciali nomine vocant *h*, & latine nostri extrahuras vertunt: quia contra

a *Bract. l.* 2. *c.* 18. *nu.* 2. b *Brit. c.* 33. *in fine Bract. l.* 2. *c.* 19. *versus fine. Doct & Stu. c.* 7. *fo.* 14. *b.* c *Litle. c. Attornment v. Perkinum, titulo feoffments* 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. *& seqq.* c *Bract. l.* 1. *c.* 12. *nu.* 10. *Fleta. l.* 1. *c.* 43. *&* 47. d *Brokus. titulo estrey. & waife.* 2. *& 6.* e *Kitc. in. fo.* 12. *b. nu.* 39.

f *Britt. c.* 17. g *Bract. l.* 1. *c.* 12. *nu.* 10. *Fleta. l.* 1. *c.* 43. *&* 47. h *Brit. d. c.* 17. *v. infra de usucap. Sect.* 3.

do-

g *Bract. l.* 2. *d.c.* 18. *v. infra de donatim Sect. ut donatio.*

tor, si ipse præsens non fuerit vel nuncius, cui literis tamen procuratoriis patentibus consentientibus voluntatem ipsius donatoris vel venditoris *a*.

b *Bract. l.* 2. *c.* 18. *nu.* 2. *v. Litleton. l.* 3. *c. Releases a. Fletam. l.* 4. *c.* 20. *Sect. Amitti etiam poterit.*

§. 40. Item sufficit pro traditione corporali nuda voluntas domini ad alium transferendi quasi mutata causa possessionis: dum tamen fiat cum solennitate, ut probatio non deficiat: ut si quis alicui rem locaverit, vel ad terminum vitæ aut annorum concesserit, & eam eidem postea vendiderit, vel donaverit, licèt eam ex tali causa primò non habuerit, eò tamen quòd ipse dominus patitur eam ex tali causa vel alia quacunque apud eum esse, sua efficitur. Eodem modo si nulla justa causa præcedente, sed per intrusionem vel disseisinam sit aliquis in possessione rei alterius, & velit dominus proprietatis ut intrusoris vel disseisitoris sit, ejus erit, quamvis possessio apud verum dominum non fuerit. Fingitur enim quòd per voluntatem domini quasi ab eo & per manum suam ad detentorem venerit rei possessio & dominium *b*.

c *Bract. l.* 2. *c.* 27. *nu.* 1. *Fleta. l.* 2. *c.* 51. *in prin. v. Dyer. f.* 76. *nu.* 30.

§. 41. Venditæ verò res & traditæ non aliter emptori acquiruntur, quàm si is venditori precium solverit, vel alio modo ei satisfecerit veluti per arras *c*: nisi venditor emptoris fidem secutus fuerit *d*.

d *Dyer. fo.* 30. *nu.* 203. *v. Plowd. casu Smith. & Stapleton f.* 432. *b. v. quoque ea in casu Reniger f.* 5. *a. b. & fo.* 9. *a. b.*

§. 42. Si cui debeat traditio fieri sive per ipsum dominum sive procuratorem, de aliquo domo per se vel messuagio ratione alicujus fundi, eo animo ut donatarius totum fundum possideat usque ad certos terminos, cum omnibus juribus & pertinentiis suis: non est in hoc casu necesse omnes glebas circumire, nec ubique ad undique pedem ponere: sed sufficit, si traditio fiat per ostium, per haspam, vel per annulum ostii.

Nam

Nam sic erit in possessione totius ex voluntate & aspectu & possidendi affectu. Si autem nullum sit ibi ædificium, fiat ei seisina, secundùm quod vulgariter dicitur, per fustim & baculum. Et sufficit sola pedis positio cum possidendi affectu, ex voluntate donatoris, quamvis statim expletia non capiat *a*. Sed sine seisina data, liberum tenementum, feoffamento, dono, vel locatione non transfertur *b*.

Sect. 43. Missilia non tam frequentia sunt apud nos quàm apud Romanos fuerunt, de iis tamen aliquando audivimus, & eorum idem utrobique est jus. Et cùm aquæductus Londinenses vinum effundant in coronationibus principum, aut aliis hujusmodi solennitatibus, vinum quod quisque capit, suum efficit *c*.

Sect. 44. Derelictum nostri Waivium dicunt. Hoc olim, fuit inventoris de jure naturali, & jam de jure gentium principis fit *d*. Waivium autem videtur catallum personale & mobile felonia subductum, & à subducente metu captionis derelictum, cujus dominus non apparet *e*. Quapropter si quid tale inveniatur, Regi acquiritur, aut saltem domino feudi, qui hanc libertatem sibi concessam à Rege habet. Ita tamen ut si dominus intra annum & diem idem vendicaverit, illi restituendum sit *f*.

Sect. 45. Item animalia quæ oberrantia reperiuntur in feudo aliquo, derelictorum causam subeunt. Nam & hæc Waiviorum nomine antiqui nostri scriptores comprehendunt *g*. Alii autem eadem (Estraye) speciali nomine vocant *h*, & latine nostri extrahuras vertunt: quia contra

a *Bract. l.* 2. *c.* 18. *nu.* 2.
b *Brit. c.* 33. *in fine Bract. l.* 2. *c.* 19. *versus fine. Doct & Stu. c.* 7. *fo.* 14. *b.*
Litle. c. Attornment v. Perkinum, titulo feoffments 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. *& seqq.*
c *Bract. l.* 1. *c.* 12. *nu.* 10. *Fleta. l.* 1. *c.* 43. *&* 47.
d *Brokus. titulo estrey. & waife.* 2. *&* 6.
e *Kitc. in. fo.* 12. *b. nu.* 39.

f *Britt. c.* 17. g *Bract. l.* 1. *c.* 12. *nu.* 10. *Fleta. l.* 1. *c.* 43. *§* 47. h *Brit. d. c.* 17. *v. infra de usucap. Sect.* 3.

do-

tor, ſi ipſe præſens non fuerit vel nuncius, cui literis tamen procuratoriis patentibus continentibus voluntatem ipſius donatoris vel venditoris *a*.

§. 40. Item ſufficit pro traditione corporali nuda voluntas domini ad alium transferendi quaſi mutata cauſa poſſeſſionis: dum tamen fiat cum ſolennitate, ut probatio non deficiat: ut ſi quis alicui rem locaverit, vel ad terminum vitæ aut annorum conceſſerit, & eam eidem poſtea vendiderit, vel donaverit, licèt eam ex tali cauſa primò non habuerit, eò tamen quòd ipſe dominus patitur eam ex tali cauſa vel alia quacunque apud eum eſſe, ſua efficitur. Eodem modo ſi nulla juſta cauſa præcedente, ſed per intruſionem vel diſſeiſinam ſit aliquis in poſſeſſione rei alterius, & velit dominus proprietatis ut intruſoris vel diſſeiſitoris ſit, ejus erit, quamvis poſſeſſio apud verum dominum non fuerit. Fingitur enim quòd per voluntatem domini quaſi ab eo & per manum ſuam ad detentorem venerit res poſſeſſio & dominium *b*.

§. 41. Venditæ verò res & traditæ non aliter emptori acquiruntur, quàm ſi is venditori precium ſolverit, vel alio modo ei ſatisfecerit, veluti per arras *c*: niſi venditor emptoris fidem ſecutus fuerit *d*.

§. 42. Si cui debeat traditio fieri ſive per ipſum dominum ſive procuratorem, de aliqua domo per ſe vel meſſuagio ratione alicujus fundi, eo animo ut donatarius totum fundum poſſideat uſque ad certos terminos, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis; non eſt in hoc caſu neceſſe omnes glebas circumire, nec ubique aut undique pedem ponere: ſed ſufficit, ſi traditio fiat per oſtium, per haſpam, vel per annulum oſti.

a Bract. l. 2. d. c. 18. v. infra de donatim Sect. ut donatio.

b Bract. l. 2. c. 18. nu. 2. v. Litleton. l. 3. c. Releaſes a. Fletam. l. 4. c. 20. Sect. Amittit etiam poterit.

c Bract. l. 2. c. 27. nu. 1. Fleta. l. 2. c. 51. in prin. v.

Dyer f. 76. nu. 30.

d Dyer. fo. 30. nu. 203. v. Plowd. caſu Smith. & ſtapleton f. 432. b. v. quoque eu in caſu Reniger f. 5. a. b. & fo. 9. a. b.

Nam

Nam sic erit in possessione totius ex voluntate & aspectu & possidendi affectu. Si autem nullum sit ibi ædificium, fiat ei seisina, secundum quod vulgariter dicitur, per fustim & baculum. Et sufficit sola pedis positio cum possidendi affectu, ex voluntate donatoris, quamvis statim expletia non capiat *a*. Sed sine seisina data, liberum tenementum, feoffamento, dono, vel locatione non transfertur *b*.

Sect. 43. Missilia non tam frequentia sunt apud nos quàm apud Romanos fuerunt, de iis tamen aliquando audivimus, & eorum idem utrobique est jus. Et cùm aquæductus Londinenses vinum effundant in coronationibus principum, aut aliis hujusmodi solennitatibus, vinum quod quisque capit, suum efficit *c*.

Sect. 44. Derelictum nostri Waivium dicunt. Hoc olim, fuit inventoris de jure naturali, & jam de jure gentium principis fit *d*. Waivium autem videtur catallum personale & mobile felonia subductum, & à subducente metu captionis derelictum, cujus dominus non apparet *e*. Quapropter si quid tale inveniatur, Regi acquiritur, aut saltem domino feudi, qui hanc libertatem sibi concessam à Rege habet. Ita tamen ut si dominus intra annum & diem idem vendicaverit, illi restituendum sit *f*.

Sect. 45. Item animalia quæ oberrantia reperiuntur in feudo aliquo, derelictorum causam subeunt. Nam & hæc Waiviorum nomine antiqui nostri scriptores comprehendunt *g*. Alii autem eadem (Estraye) speciali nomine vocant *h*, & latine nostri extrahuras vertunt: quia contra

a *Bract. l.* 2. *c.* 18. *nu.* 2.
b *Brit. c.* 33. *in fine* *Bract. l.* 2. *c.* 19. *versus fine.* *Doct & Stu. c.* 7. *fo.* 14. *b.*
Litle. c. *Attornment v.* *Perkinum, titulo feoffments* 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. *& seqq.*
c *Bract. l.* 1. *c.* 12. *nu.* 10. *Fleta. l.* 1. *c.* 43. & 47.
d *Brokus. titulo estrey. & waife. c.* 2. & 6.
e *Kitc. in. fo.* 12. *b. nu.* 39.
f *Britt. c.* 17. g *Bract. l.* 1. *c.* 12. *nu.* 10. *Fleta. l.* 1. *c.* 43. & 47. h *Brit. d. c.* 17. *v. infra de usucap. Sect.* 3.

do-

a *Britto. ibid.* dominorum voluntatem plerumque erumpunt & vagantur: & ea post annum & diem, nisi per b *Britt. d. c.17.& an. 17. Ed. 2. & an. 3. Ed. pri. c.4. vulgo vocat westm. pri.* dominum vendicentur, Regi vel domino feudi in quo deprehenduntur acquisita cedunt, si tamen interim solenniter in emporiis vicinis proclamari fecerit *a*.

§. 46. Idem dicendum est de rebus quæ in tempestate navis levandæ causa ejiciuntur, vel etiam quæ de rheda currente, non intelligentibus dominis, cadunt. Si tamen naufragium factum fuerit, quod nos Wreckum dicimus, utpote cùm neque navigantium aliquis, neque canis aut felis è navi littus vivus appulerit, quicquid vel de navi vel de bonis in eadem contentis, in terram per undas conjectum est, illud Regi vel domino feudi Regis potestatem hîc habenti adquiritur *b*.

c *Bract. l. 5. tract. 5. c. 25. nu. 3. Brocu. titulo Corporation. 26. Dyer. fo. 2. nu. 8. v. e. um. 224. nu. 29. v. infra de donation. Sect. omnes 13.*

Sect. 47. Terrarum dominium nemo sibi acquirit in Anglia, priusquam civis factus sit *c*. Sed quas alienigenæ antea coemunt, illæ omnes Regi cedunt *d*.

d *Brocus. Denizen. 16.*

DE REBUS CORPORALIBUS & incorporalibus.

TIT. II.

e *Bract. l. 2. c. 12. nu. 3. Fleta. l. 3. c. 1. Sect. 1. v. Plowd. casu Hille fo. 170. a.*

QUædam præterea res corporales sunt, quædam incorporales. Corporales sunt, quæ tangi possunt, sicut terra, fundus, res immobiles vel mobiles, quæ se movere possunt, sicut animalia vel hujusmodi, vel etiam quæ moveri. Incorporales verò sunt, quæ nec videri nec tangi possunt, sicut sunt jura, ut jus eundi, agendi, aquamve ducendi, & similia *e*. Jura autem & servitutes

vinutes eadem sunt sed diverso respectu dicuntur a *Bract. l.* 4. His addere licet jus pascendi, quod nostri communiam pasturæ, piscandi, quod piscariam, cespites fodiendi, quod turvariam, lignum in aliena silva cædendi, quod est overium *b*, jus præsentandi ad beneficium à feudo sejunctum, quod advocationem in grosso appellant *c*, annualem denique reditum *d*. Hæc autem non possidentur, sed quasie.

Sect. 1. De rebus sive mobilibus sive immobilibus jus disceptat quatenus ad personas spectant, & in hominis dominio sunt vel non sunt *f*. Dominium autem est jus de re aliqua corporali plenè ac liberè disponendi aut vendicandi, nisi lex vel conventio obsistat *g*. Corporalium enim rerum propriè dominium est, incorporalium quasi dominium: quia hæ non acquiruntur traditione, sed quasi traditione *h*. Dominium autem est duplex directum vel utile. Directum aliter & plenum dicitur, quod & proprietatem & usumfructum continet: dominium utile est quod in solo usufructu aut commodo rei consistit *i*.

Sect. 2. Angli rerum corporalium & mobilium plenum dominium habent sed non utique immobilium, si Regem & jus Coronæ excepe-rimus. Allodium enim subditi non assequuntur in terris & tenementis sed feudum tantùm *k*. Feudum autem plenum dominium non continere ipsa, non solum feudistæ *l*., Sed etiam Litletoni hæc verba non obscurè declarant, (quod talis de

4. *tract.* 1. *c.* 37.
b *v. Bract. l.* 4. *tract.* 1. *c.* 37. & *seqq.*
c *Brocus. Tenures. nu.* 15. & 18.
d *D. & stu. c.* 30. *dial.* 1
e *Bract. l.* 4. *tract.* 1. *c.* 37. & *seqq. quem etiam v. l.* 2. *c.* 23. *in prin.*
f *Minsing. ad rubr. Institut. de rerum divis.*
g *Idem ibidem.*
h *Gothofr. ad rubr. π. de acqu. rerum Dominio Litletonus. l.* 1. *c.* 1. *sect. And of such things. &c. Bract. l.* 2. *c.* 22. & 23. *Brit. c.* 40. i *v. Bract. l.* 4. *tract.* 1 *c.* 27. *nu.* 6. & *l.* 4. *tract.* 4. *c.* 4. *v. Fletam l.* 1. *c.* 12. *Sect. sed refert. & seqq.* k *Litleto. l.* 1. *c.* 1. & *Institut. jur. com. c.* 11. *v. Brocum. tit. Tenures. nu.* 52. l *Anto. Cont. in feudorum comment. c.* 2. *Matheus wesenbecius, in tract. de feudis. c. primo.*

de

a *An.* 37. *H.* 8. 16. b *Fleta. l.* 5. *c.* 5. *Sect. feudum autem* c *novi term. jur. verbo Fealty. v. infra de servitutibus v. Flub. paral. c. Seignoryse. fo.* 19. d *Dominus de Fortiscuto c.* 9. *Bract. l.* 1. *c.* 8. *Britt. in proem. versu Nous volons.* e *Hottomanlib. disputa.* 11. *c.* f *Anto. Contius in comm. sup. feudis c.* 3. g *Duar. in com. sup. feud. c.* 12.

de tali fundo seisitus fuerit in dominico suo ra quam de feudo) quibus plenissimum jus expri dicet. Nam hæc verba (ut in feudo) de directo do minio aliquid minuunt, & beneficii loco à supe ori teneri arguunt. Sed quòd ea etiam ad domi nicum Regis aliquando referantur *a*, illud vel ig noratio dictionis huc induxit : vel saltem il distinctio tuetur, quâ aliqui feudum duplici n tione acceptum produnt : aliâ sc : quâ quis ten immobile aliquid ex quacunque causa sibi & hæ redibus suis, aliâ, quâ quis tenet ab alio per s ditum vel servitium vel utrumque *b*: cum feudum in secunda significatione sine fidelitatis jura mento non sit *c* : quod Rex noster nemini u quam jure præstitit, quippe qui absolutum ha bet imperium *d*.

§. 3. Feudum, quod aliter & feodum dicitur ab illa Germanorum voce (Fief) efformatur quod prædium beneficiarium significat *e* : & feudistis definitur esse res immobilis ita dat alicui, ut ejus proprietas penes dantem maneat ususfructus verò ad accipientem hæredesque ejus sive masculos sive fœminas, in perpetuum trans eat, dummodo accipiens ejusque hæredes fidelite domino serviant *f*. Ita ut fidelitas fundamentum feudi sit, nihil præterea necessarium ad ejus con stitutionem. Fit tamen plerunque ut non profus gratuito conferatur, sed pecuniâ aliqua tenui, re ditus loco, seu etiam servitio interveniente *g*. Nos autem feudum omne illud intelligimus quod nobis & hæredibus nostris tenemus *b*.

§. 4. Feudum ut pro prædio beneficiario ac cipitur, vel à rege vel à subdito aliquo, sive (u

tractat. l. 3. 9. *nu.* 6. *Litletonus l.* 1. *c.* 2. h *Bract. l.* 4.

noſtrorum phraſi utar) à communi perſona tenetur. A Rege dupliciter: vel ut de jure coronæ ſuæ, quam tenuram in capite dicimus, vel ut de honore aliquo vel manerio ad coronam ſpectante. Subditus autem licet feudatorios habere poſſit à quibus fidelitatem exigat: ipſe tamen Regi vel mediatè vel immediate eſt quoque feudatarius. Nam omnes regni noſtri terræ quæ aliis non inſerviunt vel antiqui dominici, vel eſcaetæ vel perquiſiti jure ad Regem pertinent.

Sect. 5. Feudum vel ab effectu, vel aliqua cauſa efficienti vel formali, in multas ſpecies dividitur: Eas ſolummodo hîc perſequi ſtatutum eſt, quarum veſtigia apud noſtri juris antiſtites manifeſta inter legendum deprehendimus, idque breviter.

Sect. 6. Feudum itaque aliud eſt ligium, aliud non ligium. Ligium feudiſtæ aliqui ab Italica dictione (liga) quod vinculum ſignificat, derivatum volunt *a*: idque quia arctius ligat vaſallum & obſtringit. Nam ligium propriè eſt, ubi quis fidelitatem domino jurat, nullius fidelitate exceptâ: non ligium, ubi cum exceptione alterius. Illud ſoli Regi debetur apud nos, hoc communibus etiam perſonis *b*.

a Duar. ubi ſup.

b v. an. 10.

§. 7. Feudum ſecundò aliud regale eſt, aliud non regale. Regale eſt feudum majus, ſeu quod regale aliquid in ſe habet, de quo quis à Rege abſoluto nec ſuperiorem agnoſcente, inſtituitur. Hujuſmodi ſunt illa, quæ dignitatem cum poteſtate eorum privilegiorum conjunctam habent, & à noſtris libertates regales appellantur. Utpote ſi Rex per chartam ſuam ſubdito conceſſerit viſum franci plegii, placita de vetito nannio, emendationes tranſgreſſionis aſſiſarum, judicia latronum, ut Infangthef & Onfangthef,

Rich. 2. c. unico. & an. 11. abſd. c. 1. & an. 34. & 35. H. 8. c. 1. & an. 35. cjuſd. c. 3. Littleton. l. 2. c. 1.

Sec,

Soc, sac, tol, theam, furcas, & alia quæ ad judicii executionem pertinent, bona felonum, & alia quæ pertinent ad pacem & per consequens ad coronam *a*. Wreckum maris, balænas, sturiones, liberam warennam, mercatum *b*, & cætera quæ prærogativa Regis comprehendit *c*. Seu horum feudorum apud nos sunt quidam gradus, cùm quædam plures, quædam pauciores harum libertatem sibi concessas habeant. Primum autem principatus Walliæ jure suo vendicat, qui ab Edouardo primo ad filium Regis natu maximum semper spectavit *d*. Secundum quatuor illi palatinatus, seu comitatus palatini, Lancastrensis, Dunelmensis, Cestrensis, Eliensis *e*. Istos subsequuntur feuda illa, quæ honores dicimus, quibus ultra jurisdictionem curiis baronum contingentem, aliqua, licet non omnia hæc regalia, Rex pro sua munificentia concessit *f*.

§. 8. Feudum tertio est nobile vel ignobile. Nobile est quod dignitatem aliquam habet, & possessorem suum nobilitat, vel nobilem esse arguit. Hujus generis sunt apud nos quæ maneria vulgo dicimus, quorum domini jurisdictionem aliquam, licèt non regales libertates, in tenentes sui feudi habent *g*. Ignobile est, quod à manerio aliquo dependens, rusticis & hæredibus eorum ob servitium aliquod ignobile conceditur, & liberum tenementum vulgo appellatur *h*.

§. 9. Feudum quartò vel novum vel antiquum dicitur. Novum est quo quis primò omnium investitur à principe vel domino feudi, idque

a *Bract. l. 2. c. 5. nu. 7. & c. 24. & l. 3. tract. 2. c. 35.*
b *Bract. l. 4. tract. 1 c. 46.*
c *An. 17. Ed. 2. & Stawnford. super eadem.*
d *Polido. virg. in Edwardo 1. fo. 343. linea 28.*
e *An. 5. Elizab. c. 23. & v. an. 17. Ed. 4. 6. & 1. & an. 27. H. 8. c. 25.*
f *An. 31. H. 8. c. 5. an. 33. ejusd. c. 37. & 38. & an. 37. ejusd. c. 18.*
g *v. Perkinum. Reservations 670. & Fulb. paral. c. Seinorise fo. 18. b. Kitchinum fo. 4. a.*
h *v. librum meum de verb. signif. verbo Freehold. & infra eodem Sect. 18.*

sive

sive ex beneficio domini, sive pecunia priori feudatario data, feudum assecutus fuerit. Nam homagium vel fidelitatem primus de nova familia præstat *a*. Feudum antiquum est, ubi feudatarius & majores sui ultra hominum memoriam feudum tenuerunt *b*. Feudistæ hîc medium istis extremis interponunt, paternum sc. feudum, quod quis à superioribus & ascendentibus accepit usque ad quartum gradum: illud antiquum desinentes quod ex ulterioribus profectum est *c*.

§. 10. Feudum quintò aliud est ecclesiasticum, aliud laicum vel sæculare. Ecclesiasticum est, quod ab ecclesiasticis vel ecclesiis possidetur; laicum quod à laicis, & ab ecclesiasticis possideri non potest. Atque revera omnia feuda laica sunt apud nos, nisi speciali concessione principis, quam ad mortuam manum dimittendi dicimus, fiant ecclesiastica *d*.

§. 11. Feudum sextò dividitur in masculinum & fœmininum. Masculinum illud dicitur quod feudatario & hæredibus masculis de corpore suo procreandis astringitur. Hujus autem generis sunt plerumque ducatus, marchionatus, comitatus, vice commitatus, & baroniæ, quæ ob defectum hæredum masculorum extinguuntur, & in principis quasi gremium, unde profecta sunt, revertuntur. Sed hæ sunt hodie dignitates potius apud nos quàm feuda, quia plerumque sine feudo per principem conferuntur *e*. Fœminium feudum est, quod etiam fœminis competere potest; ut cum feudatario & hæredibus suis indefinitè concedatur *f*, atque ita, masculis deficientibus, ad fœminas & earum sobolem descendat.

a *Litleto-nus l.* 2. 1. 7.

b *Idem eodem & term. jur. verbo Homage awncestres.*

c *Duar. com. in consue. feud. c.* 4. *nu.* 10.

d *Magna chart. c.* 36. *& an.* 7. *Ed.* 1. *& an.* 18. *Ed.* 3. *stat.* 3. *c.* 3. *& an.* 15. *R.* 2. *c.* 5. *v. Polid. virg. l.* 17. *Angl. hist.*

e *v. librum meum de verborum significatione verbo Earle.*

f *v. Bract. l.* 2. *c.* 34. *hujus rei rationem habes apud eundem l.* 1. *c.* 8. *nu.* 4.

Sect. 12. Ul-

Sect. 12. Ultimo in loco dividitur feudum in purum vel simplex, & conditionale vel limitatum. Simplex est, quod simplici & perpetuo jure quis tenet sibi & hæredibus suis. Conditionale est, quod quis sibi & hæredibus suis talibus vel talibus concessum habet. Nam illis deficientibus, feudum ad donatorem vel hæredes suos revertitur. Atque ideo qui terras sibi & uxori suæ & hæredibus suis ex ea genitis donatus habet, eâ sine liberis mortuâ, ille appellatur tenens in tallio post spem vel possibilitatem exitus extinctam. Hoc enim feudum apud nos tallitum dicitur, profluens nimirùm à gallica dictione (tallier) id est, scindere, secare, insecare, ac si diceremus, feudum quodammodo insectum aut diminutum *a*.

Sect. 13. Hujusmodi autem feudum duplex est: generaliter nimirùm & specialiter talliatum. Talliatum generaliter est quando feudum datur feudatario & hæredibus ab ipso legitimè natis vel nascituris. Hoc enim casu è quacunque uxore sive prima sive secunda aut tertia liberos sustitaverit, illi succedent. Talliatum specialiter est, quando feudatario & uxori & hæredibus utriusque eorum feudum donatur *b*, vel etiam (ut aliqui volunt) quando cuiquam & uxori suæ & uni hæredi de eorum corporibus legitimè procreato, & uni hæredi ipsius hæredis tantùm *c*: sed hoc an proprie feudum dicendum sit, propter perpetuitatis defectum, merito quis dubitaverit.

Sect. 14. Feudum autem non unicus tantùm feudatarius, sed plures possidere possunt ut participes, tenentes conjuncti, vel tenentes in communi à nostris appellantur *d*. Participes sunt vel jure vel consuetudine: jure sunt sorores cohæredes, quia hæredibus masculis deficientibus

æqua-

a *Litleto-nus l.* 1. *c.* 1. & 2. *Institut. jur. com. c.* 11. § 13.

b *Litleto-nus ubi supra* & *Institut. jur. com. c.* 12. *v. stat. westm.* 2. *an.* 13. *Ed.* 1.

c *Perkins titulo Faits* 171.

d *Litleto-nus l.* 3. *c.* 3. *Institut. jur. comm. c.* 15.

æqualiter in feudo parentibus succedunt *a*: consuetudine sunt fratres qui in diversis regni provinciis, præsertim in Cantio, ex consuetudine (Gavelkind) appellata pro æquis portionibus ad hæreditatem vocantur *b*. Tenentes conjuncti sunt qui uno & eodem titulo dummodo non hæreditario terras aut tenementa possident. Tenentes in communi sunt illi, qui ex diversis titulis terras aut tenementa pro indiviso possident. Utpote si una è cohæredibus partem suam extraneo vendiderit, hic non tenens conjunctus cum reliquis participibus, sed in communi nuncupatur *c*.

§. 15. Feudum apud nos non est rerum corporalium tantùm sed etiam incorporalium. Nam custodia foreſtæ *d*, & carceris *e* & comitatus *f* in feudum aliqui concedi potest. Idem etiam de annuo reditu dici potest *g*, & de advocatione ecclesiæ separata seu abstracta, nec ad manerium aliquod pertinente, quam nostri advocationem in grosso vocant *h*. Ad feuda autem multæ pertinent servitutes, quas capite sequenti percenſebimus.

§. 16. Ad feudorum naturam prope accedunt feudi firma, libera firma, & liberum tenementum. Feudi firma autem est tenura terrarum vel tenementorum cuiquam & hæredibus concessa pro annuo reditu, qui tertiam *i*, vel ad minus quartam *k* veræ æstimationis æquat, absque aliis servitiis, quàm quæ in charta concessionis seu feoffamento exprimuntur *l*. Aliqui tamen feudi firmam ad vitam firmarii tantùm concedi posse volunt *m*. Aliqui etiam fidelitatem licèt in char-

a *Littleton. l. 3. c. 1. & 3.*
b *Littleton. 3. c. 2.*
c *Littleton. l. 3. c. 4. Instit. jur. com. c. 15.*
d *Vetus. nat. br. fo. 6. v. Dyer. fo. 30. nu. 209.*
e *Eodem fo. 41.*
f *An. 28. Ed. 1. stat. 3. c. 8.*
g *Vetus nat. br. f. 8.*
h *Littleton. l. 1. c. 1. Sect. And of such things &c. Brocus titulo Tenures 105.*
i *Fitzh. nat. bre. f. 210. c.*
k *Liber vocat. ould tenures verbo Sect. ferm.* l *Westus parte 1. symbol. sect. 463.* m *Brocus. tit. Tenures nu. 7.*

a *Novi ter. jur.*
b *Bract. l. 2. c. 39. nu. 9.*
c *Brit. c. 66.*
d *Brit. c. 66*
e *Dyer. fo. 221. nu. 19 f. 153. nu. 10.*
f *Institutro jur. com. c. 10. Litleton. l. 1 c. 6. Tertia est apud Bractonum liberi tenementi acceptio, quatenus alteri servit vel non servit. l. 4. tract. 1. c. 37. in princ.*
g *Bract. l. 5. tract. 5. c. 30 nu. 7. & seqq. Fleta. l. 6. c. finali. Doct. & stud. dial. 1. c. 7. dial. 2. c. 25 attamen Dictum fo. 25. nu. 159. & fo. 95. nu. 35. Instit. jur. com. c. 8.*

ta non expressam, alii rationabile relevium p feudi firmarium donatori ipso jure deberi co tendunt. Hujus autem tenuræ conditio talis el ut si tenens per biennium reditum suum detin ar, tum dominus seu feoffator actionem ad terr sibi & hæredibus suis recuperandas habeat c.

§. 17. Liberam firmam Brittonus dicit esse ubi terræ aut tementa sic tenentur, ut natu feudi per feoffamentum mutetur à servitio mil tari in certa servitia annua: ita ut nec homag um nec maritagium, nec relevium inde requi possit, nec aliud servitium in feoffamento no expressum *d*. De hac autem non memini apud lium quenquam aliquid me legisse.

Sect. 18. Liberum tenementum est ubi tem vel ædificia tantùm ad vitam tenentis possider tur, & qui sic tenet dicitur possideri in domin eo suo ut de libero tenemento *e*. Feudum si dixe rit aliquis liberum esse tenementum, non im inficiàs: sed dicimus esse aliquid amplius, qui perpetuum est *f*. Liberi autem tenementi, ut hi loco accipitur, duæ sunt species: una quæ consue tudine vel ipso jure, altera quæ ex convention possidenti ad terminum vitæ suæ competit. Pr oris generis sunt terræ vel tenementa, quæ consuetudine Angliæ maritis, vel in dotem ux ribus permittuntur. Illa enim est nationis nost humanitas, ut si quis fœminam hæredem duca & ex ea prolem gignat quæ viva prodit in lu eam, terras de quibus uxoris nomine seisitus ejus vita est, ea mortuâ integras ad vitæ su terminum retineat *g*; quam legem Henric

primo aliqui ascribunt *a*. Mulier etiam, cujus vir de feudo seisitus in vita fuit, eo mortuo, tertiam illius feudi partem, alicubi dimidiam *b*, alicubi illud integrum *c* in dotem lucratur. Si tamen novennis sit ut dotem suam promereri possit *d*. Alia species liberi tenementi est dos quæ ex conventione acquiritur; illa nimirùm de qua ante nuptias vel ad ostium ecclesiæ, vel aliàs inter virum & uxorem, pactum de dote intercessit *e*. Terræ etiam & tenementa, quæ vel ex conductione, vel donatione, vel alio contractu quocunque quis ad terminum vitæ vel suæ, vel alterius possidet, liberi tenementi loco comprehenduntur *f*.

a *Spec. Justic. c. 1. c. des articles. &c.*
b *Litleton. l. 1. c. 9.*
c *Fitzh. nat. bre. fo. 150. P. Bract l. 4. tract. 6. c. 13. nu. 2. Doct. & stu. dial. 2. c. 15. & dial. 1. c. 10.*
d *Litleton. l. 1. c. 4. Fleta addit annum dimidium l. 5. c. 22. Sect. & sic ut.*

Sect. 19. Sed ut feudum *g*, sic etiam liberum tenementum rei incorporalis, utpote officii ad vitam concessi, esse potest *h*.

Sect. 20. Atque ita feudorum vel hæreditarum atque liberorum tenementorum descriptionem qualemcunque habetis. Tertium est genus possessionum vel tenuræ, quod catallorum realium nomine complectimur: ut sunt illæ quas tenemus ad terminum annorum, aut ad voluntatem alterius. Ad voluntatem autem alterius tenet quis dupliciter, aut ex jure communi nimirum, aut ex consuetudine manerii per copiam rotulorum curiæ vel virgam ***. Hoc autem genus ad usumfructum referimus, de quo postea *i*.

e *Litleton. l. 1. c. 4. de his vid. Instit. jur. com. c. 9.*

Fletam l. 5. c. 22. & seqq. Bract. l. 2. c. 39. f *Instit. jur. com. c. 6. vid. Bract. l. 2. c. 5. nu. 7.* g *v. Dyer. fo. 213. nu. 42. & fo. 288. nu. 15.* h *Brocus. tit Tenures. nu. 25. v. Dyer. fo. 221. nu. 19.* * *Institut. jur. com. c. 2. & 3. Litleton. lib. 1. c. 9. Kitchinus. fo. 192. b. Cocus. l. 3. casu 1, 3. casu Heydon. fo. 8. a. b. & fo. 9. quem lege.* i *Tit. 4. hujus libri.*

DE SERVITUTIBUS PRÆdiorum.

TIT. III.

Quia servitutes connumerantur inter alias res incorporales, de iis videndum est. Est autem quædam servitus, qua homo fit servus hominis *a*. Verùm de ea non hîc tractatur, sed de illa, quâ subjicitur prædium prædio. Fit tamen ad similitudinem ejus quâ homo fit servus hominis. Sicut enim illa constitutio dicitur jus gentium, quâ quis dominio alieno contra naturam subjicitur: sic etiam dici potest de servitute sive constitutione, quâ domus domui & rus rui subjicitur. Atque ita dicuntur servitutes urbanæ vel rusticæ *b*. Urbanæ sunt eædem ferè quas jus civile commemorat: eæ nimirum quæ ædificiis inhærent; ideo urbanorum prædiorum dictæ quia ædificia omnia prædia urbana appellamus, etsi in villa ædificata sint *c*. Istius generis sunt, altius non tollere ædificium, non officere lumini vel prospectui, stillicidium avertere in aream domum, aut tectum vicini, tignum immittere, onus ferre, viam aut iter habere. Nam licet via iter rusticæ sint servitutes, quando de prædio rustico agitur, urbanæ tamen sunt quando ad prædia urbana accommodantur. Sæpe enim vicinus habet facultatem per domus tuæ atrium eundi agendi, &c. aut per scalas tuas ascendendi ad suum cænaculum *d*. Rusticæ sunt, quæ ædificiis non inhærent, quæque sine ædificiis sunt. Hæc quoque cum iis quas Jus civile recenset eædem ferè sunt, (si eas excepero, quas feudorum consuetudines introduxerunt) utpote iter, actus

a v. supra l. 1. tit. 3. de jure personarum.

b Bract. l. 2. c. 4.

c Bract. idem.

d Titulo. π. de servit. urbanorum prædiorum

aquæ-ductus *a*, aquæ-hauſtus, pecoris appulſus, pecoris paſtus, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, lapidis eximendi, & cæteræ id genus *b*. Servitutes autem tam urbanæ quàm ruſticæ ſunt vel reales vel perſonales, reſpectu rei vel perſonæ cui debentur *c*.

a *v. Dyer fo.* 248. *nu.* 80. & *fo.* 319. *nu.* 7.
b *Bract. l.* 4. *tract.* 1. *c.* 38. *nu.* 12. *& ſeqq.*

§. 1. Servitus feudalis, quæ & ſervitium tum à feudiſtis tum à noſtri juris peritis dicitur, eſt vel militaris & nobilis, vel ruſtica & ignobilis *d*. Militaris eſt, quæ munus aliquod ad militarem diſciplinam pertinens, vel aliâs honorificum præſtat. Hæc quoque eſt duplex. Una quæ ſoli Regi debetur *e*, altera quæ cuicunque feudi domino, licèt & ipſe alteri ſuperiori ſit feudatarius. Quæ ſoli Regi debetur eſt quoque duplex: Sergeantia nimirum & Caſtlegardum.

capitibus. *Fleta l.* 4. *c.* 18. 19. *& c. uſque finem libri.*
c *Bract. l.* 4. *tra.* 1. *c.* 38. *ſub fine.*

§. 2. Sergeantia altera magna vel grandis, altera parva. Magna eſt, ubi quis feudi nomine per perſonam hominis officium aliquod honorificum Regi debet *f*: quam tamen aliqui communibus quoque perſonis deberi prædicant *g*. Hujus generis ſunt Regis ſignum aut haſtam tempore belli portare, aut etiam ejus exercitum ducere, aut Mariſcalli munus obire, aut cornu ſonare, hoſtibus aquilonaribus impreſſionem aliquam in Regnum facientibus, aut hominem armatum ad pugnandum ſub Rege inter quatuor maria, quandocunque neceſſitas exegerit, niſi ipſe pugnare malit, exhibere *h*; aut Regis enſem in die coronationis ſuæ illi præferre, aut ambulonis fercularii, præguſtatoris, diſſiparoris ciborum in menſa, pincernæ, cubicularii munus ſubple-

Fleta l. 4. *c.* 19. *Sect. finali in fin. & l.* 4. *c.* 27. *Sect. Item aquæ ductus.*
d *v. Fulbecci diviſionem ſervices fo.* 20. *b.*
e *Litleton. l.* 2. *c.* 8.
f *Litleton. vbi ſupra. Fleta l.* 1. *c.* 10. *& l.* 3. *c.* 16. *in prin.*
g *Litleton. l.* 2. *c.* 8. *Inſtit. nu.* 6.
h *v. Brocum. tit. Tenures* 73.

a *Bract. l. 2. c. 35. jurisd. c. 26.* b *Cocas l. 2. de casu domini Cromwell. fo. 81. a.* c *Litleton. l. 2. 9. & Institut. jur. com. 27.* d *Brocus tit. tenures 69.* e *l. 1. c. 11.* f *supra eod. tit. Sect. 1.* g *Manwood parte pri. de jure forestar. pa. 87.* h *v. Cokum col. 4. f. 88. a. & Litleto. c. Soccage. Litleto. ubi supra. Institut. jur. com. c. 27.* i *v. Brocum tit. Tenures nu. 58.*

re *i*. Atque per hoc servitium omnes baro[nes] temporibus antiquis tenebantur *k*.

Sect. 3. Sergeantia parva est, quæ in feu[do] b ἀντιδωρον Regi quotannis dat arcum, hastam pugionem, par manicularum militarium, aut ca[ligarum] carium aureorum, sagittam, equum, aut tale al[iquid] quid minutum, quod ad militiam pertinet. Qu[i] autem tale feudum possidet, persona e aliqu[a] munus non præstat, sed patrimonia e potius reale, idque certum: ideoque à natura servi[tii] proprie militaris aberrat aliquantum, & adven[ti] speciei proprietatem induit *c*. Fleta autem ha[ec] præstationem dimidiam marcam excedere n[on] vult *d*.

Sect. 4. Castlegardum servitium ad solum [fe]gem pertinens esse diximus *e*. Quod origina[li]verum est: quia nemo castrum aut propugnac[u]lum aliquod sine regis licentia in regno extru[ere] Sed tamen si Rex castrum cum omnibus liber[ta]tibus idem spectantibus subdito cuiquam co[n]cesserit, castlegardum quoque dat, si modo t[a]servitium hujusmodi castro debeatur: Atque i[n] ratione servitium ad subditum ut & jus foreste pertinere potest *g*. Est servitus quæ in arce aliq[ua] Regis vel alterius domini propugnanda atq[ue] defendenda consistit, quoties feudatarius requ[i]situs fuerit. Hæc etiam ubi personalem tene[t] tis operam postulat, militaris propriè est: [at] quando cum certa pecuniarum summa ad cast[ra] propugnationem aut munitionem quotann[is] pendenda permutatur, etiam à militaris servi[tii] essentia declinat *h*.

Sect. 5. Secunda militaris servitii species qu[æ] communibus personis æque atque Regi debetur

v. tamen Fitzh. na. br. fo. 259. A.

ſcutagium *a*, à ſcuto dicitur. Qui autem huic ſubditus eſt, tenetur dominum ſuum in bellum contra Scotos ad certum numerum dierum propriis impenſis ſequi *. Et qui integrum feudum militare tenet quod aliqui 680. acris terræ, aliqui 800. *b* aliqui quindecim libris ſterlingorum, alii 20. *c* alii quadraginta *d* definiunt, hi ſcutagio 40. dierum obnoxii ſunt *e*, qui autem dimidium feudi militaris poſſident, ſervitio 20. dierum, & ſic deinceps *f*.

Sect. 6. Sed quod difficultates aliquot inter dominos & feudatarios, tam de armis ipſis, quàm de tempore ſervitii, utrum nimirum à die monſtri an perfectionis inciperet, tandem mutuo domini & feudatarii conſenſu multis in locis perfectum eſſe videtur, ut in poſterum feudatarii pro rata feudi ſui certam pecuniæ ſummam dominis quotannis ſoluerent, atque ita à perſonali illo obſequio liberarentur *g*. Unde ſenſim ſic res permutata videtur, ut ſervitus iſta, quæ apud majores noſtros incerta fuit, ad certos quaſi limites haud paucis in feudis hodie reducatur, & ſcutagium certum appelletur *h*, & incertum illud diverſis maneriis exterminaverit. Hoc certum ſcutagium autem ſoccagium eſt *i*.

Sect. 7. Sunt & aliæ ſervitutes reales, quæ feudum militare, tanquam umbra corpus ſequuntur; ut homagium, fidelitas, cuſtodia tam terræ quàm hæredis, relevium, maritagium *k*. Nam has nulla tempora deleverunt, aut (ut puto) delere poterunt *l*.

Sect. 8. Homagium, quod feudiſtæ & homi-

a *De hujus origine v. Plowd ca- ſu Buckley fo.* 126. *b.* 129. *b.* * *Litlet. l.* 2. *c.* 3.

b *Camdenus in ſua Brittan. pa.* 111.

c *v. ſtatut. an.* 1. *Ed.* 2. *c.* 1.

d *Smithus de Repub. Angli. c.* 18.

e *v. Bromwich Tenures.*

f *Litletonus l.* 2. *c.* 3.

g *Litletonus l.* 2. *c.* 3.

h *Litletonus l.* 2. *c.* 5.

i *Brocus tit. Tenures.* 28. 29. k *Bract. l.* 2. *c.* 35. *Litletonus. l.* 2. *c.* 4. l *v. Polid. virg. l. hiſt. Angl.* 16.

a *Hotoman diſput. de feud.* 3.
b *Brtt. c.* 66. *v. ſpeculum Inſtic. l.* 3. *c. de ferment feire de homag. cæteriſque ſervitiis feudalibus v. Fletam l.* 3. *c.* 16. *per totum. ubi pulchrè defini ur.*
c *Bract. l.* 2. *c.* 35. *nu.* 8. *& 9. Litletonus. l.* 2. *c.* 4. *Inſtit. jur. com. c.* 23. *& an.* 17. *Ed.* 2. *Brit. c.* 68.
d *Libro.* 9. *c.* 1. *v. etiam fieeul. Inſtic. l.* 1. *des artcles. &c.*

nium dicunt *a*, eſt ſervitus realis *b*, quam patronus feudatarius in ipſa inſtitutione regulariter præſtat: nudo capite nimirum ſe in utrumque genu ad pedes ejus conjiciendo, & manus ſuas conjunctas palmis domini ſedentis interponendo, atque hæc verba, aut alia in effectu ſimilia pronunciando: Audi hoc domine, quòd ego devenio homo veſter ab hoc die in futurum de vita & membris, & terreno honore, & fidem vobis portabo pro terris quas à vobis teneo (& ſi Rex non ſit qui homagium capit) fide illâ ſemper ſalvâ quam Regi noſtro domino ſupremo debeo; ſic me deus adjuvet, & hæc ſancta evangelia. Quibus ſic dictis, patronus ei oſculum impingit *c*.

§. 9. Ranulphus de Glanvilla negat Epiſcopum conſecratum & mulierem homagium præſtare *d*. Fitzharbertus *e* tamen juxta regulam Regiſtri, dicit fœminam homagium & fidelitatem Regi jurare, ſi cælebs ſit, cùm terrarum ſuarum liberationem à Rege obtineat. Et recentiores tradunt tam eccleſiaſticos quam fœminas huic ſervitio eſſe ſubditos, licèt verbis paulo diverſis idem exprimant. Eccleſiaſticus enim quia ſe ſpecialiter de ſervitio conſecravit, his utitur. Homagium vobis facio, & fidem vobis portabo pro terris & tenementis quæ de vobis teneo, ſalvâ ſemper fide quam Regi noſtro ſupremo debeo *f*. Fœmina autem cœlebs homagium exhibendo, non dicet domino: Ego devenio veſtra mulier: quia non convenit, ut ſit mulier cujuſquam alterius quàm viri ſui cui nuptura eſt: ſed eadem verba profe-ret quæ perſonis eccleſiaſticis adſcribuntur *g*. Fœmina autem ſi nupta ſit, per virum ſuum homagium præſtat *h*.

e *De nat. br. f.* 258. F. f *Inſtit. jur. com. c.* 23. *Litletonus l.* 2. *c.*
1. g *Inſtit. jur. com. c.* 23. h *Idem, ibidem.* §. 10. *S*

§. 10. Si contingat aliquem plura feuda tenere per ſervitium militare à diverſis dominis, homagium ſingulis faciet: ſed in fine his verbis uterur: fide ſalvâ, quam debeo Regi domino noſtro ſupremo, & aliis dominis meis *a*.

§. 11. Intelligendum autem eſt homagium ſervitio militari ſemper annecti, ſed non ſoli. Nam qui in ſocagio tenent, homagium etiam aliquando præſtant *b*.

§. 12. Homagium dividitur in novum & antiquum. Novum eſt quod ab eo præſtatur qui novum feudum habet: antiquum ab eo qui antiquum *c*. Antiquum autem duplex effectum habet: unum quòd patronus feudum feudatario ſuo preſtabit, aut (ut noſtri loquuntur) contra omnes gentes warantizabit: alterum quòd immunem ab omni ſervitio aliorum dominorum ſa'tem pro illo feudo hominem ſuum conſervabit, eumque acquietabit.

§. 13. Fidelitas, quam & fiduciam noſtri appellant, eſt ſervitus realis *d*, à quolibet feudatario, ſive feudum ſit nobile ſive ignobile, domino in ipſa inſtitutione præſtanda. Nam eſt de ſubſtantia hujus contractus, ita ut qui per ſolam fidelitatem tenet liberrimè omnium teneat, ſi principem exceperimus *e*. Nam ſine fidelitate nemo ſubditus tenet *f*, & antiquitùs qui fidem domino fefellit feudum ſtatim amiſit *g*.

§. 14. Fidelitas autem eſt duplex: una generalis quæ principi per quemlibet ſubditum jure jurando confirmatur, altera ſpecialis quæ domino feudi *h*. Illa in turnis vice comitum, &

a *Idem.ibidem Litleton l.2.c.1.*
b *Bract. l. 2.c.35.nu. 6.*
c *Litleton. l.2.c.7. Inſtit.jur. com.c.28.*
quid autem ſit feudum novum v. ſupra de reb. corp. & incorp. Sect. 8.
d *Britton. c.66.*
e *Smithus de Repub. Angl. l.3. c.8.*
f *Litleton. l.2.c.5. Aliqui hic excipiunt tenentes in libero maritagio uſque ad quartum gardum*

weſtus ſimbol.l.2.ſect.303. g *Bract.l.5.tract.3.c.6.nu.3.* h *v. Le gran.conſtumier d' Normand. De hac vi. Flet. l. 3. c. 16. Sect. Ille autem.*

in

in visibus franciplegii sive letis exigitur ab omnibus infra procinctum comitatus vel letæ, qui annum duodecimum suæ ætatis compleverunt, aliâs enim non habent warantum in terra ejus remanere *a*: licèt apud majores nostros antiquiores hoc juramentum ante decimum quartum *b* vel decimum quintum *c* annum adolescentibus non imponeretur. Ejus formam his verbis exponit Bractonus: Jurabunt quòd Utlagatos, murdritores, robbatores, & burglatores non receptabunt, nec eis consentient, nec eorum receptatoribus: Et si quos tales noverint, illos attachiari facient. Et si huresium vel clameum de talibus audiverint, statim audito clamore, sequantur cum familia & hominibus de terra sua *d*. Brittonus multò succinctiùs hoc describit *e*. Dicit enim eos jurare, quòd Regi fidem portabunt, quodque neque felones erunt, neque eis consentient.

§. 15. Fidelitatis specialis forma duplex est; altera quæ à liberis, altera quæ à villanis præstatur. Cùm liber fidelitatem domino juret, dextram libro apponit & sic loquitur: Hoc audis (Domine N.) quòd ego M. vobis fidem portabo, & fidelitatem meam vobis debebo de terris quas de vobis teneo, ad terminos assignatos: sicut me Deus adjuvet & omnes sancti *f*. Cùm villanus fidelitatem juret, dexteram supra librum paulo elevatam tenet, ita ut eum non tangat, & sic loquitur: Hoc audis (Domine N.) quòd ego M. vobis ab hoc die in futurum fidem portabo, & fidelitatem vobis debebo pro terris quas de vobis teneo in villenagio, & per vos justificabor in corpore & in bonis meis: sicut me Deus adjuvet & omnes sancti *g*.

Sect. 16. Custodia sive guardia est servitus realis feudi militaris propria *h*, quâ dominus feudi

a Fitz. nat. br. fo. 161. A. Fleta. l. 1. c. 5. Sect. hominum.
b Brit. c. 12.
c Bract. l. tract. 2. c. 1. nu.
d Bract. d. l. 3. tract. 2. c. 1. nu. 1. v. etiam Fleta. l. 1. c. 27. Sect. omnis e-enim.
e Dicto. c. 12.
f Litleton. l. 2. c. 2.
g An. 14. Ed. pri. stat. 2. v. specul. Instic. l. 3. c. des sermentes.
h v. Supra. l. 1. tit. 17. Sect. pri.

tam curam feudi, idque in suam rem sine ratio-
nibus reddendis, durante minori ætate feudatarii,
quàm etiam tutelam & educationem ipsius hæ-
redis habet. Minor autem est quisque apud nos,
donec annum vicesimum primum compleverit,
si masculus sit. Nam præsumit jus nostrum,
militare servitium usque in illam ætatem rectè
ab aliquo præstari non posse *a*. Sed de hac ser-
vitute satis alibi scripsisse videmur *b*, hoc tan-
tùm hìc addimus, patronum si voluerit jus hujus
custodiæ posse quemadmodum aliud quicquam
quod suum est alienare. Unde contingit, ut Gar-
dianus duplex sit: alter nimirùm jure, ut dominus
feudi: alter facto, ut ille ad quem dominus,
hæredis & terrarum, aut solius hæredis custodiam
alienavit *c*.

Sect. 17. Revelium est servitus realis seu pa-
trimonialis (utcunque aliqui illud servitii fru-
ctum aut commodum eleganter appellant *d*.) tam
id feudum militare *e* quàm soccagium *f* spectans,
qua feudatarius tenens per servitium militare, si-
ve mas sive fœmina, qui die mortis antecessoris
sui justam ætatem complevit (ille sc. vicesimum
primum, hæc decimum quartum annum) certam
pecuniæ summam solvere tenetur. Qui per so-
cam, id est, per aratrum tenet, quicquid annui re-
ditus domino pendit, tantundem Relevii nomine
præbet: idque quacunque ætate hæres sit, cùm an-
tecessor moriatur, atque sine mora *g*, ita ut primo
anno, reditum duplicatum solvat, alterum relevii
nomine, alterum reditus *h*. Nam dominus eum
statim distringere potest, id est, pignoris loco ca-

a *Dominus de Fortiscuto. c. 44.*
b *l. Pri. tit.* 17.
c *Institut. jur. com. c.* 24.
d *Cocus, l.* 3. *casu Penantes fo.* 66. *a.*
e *Bract. l.* 2. *c.* 4. *Litletonus l.* 2. *c.* 4. *Brit. c.* 66. *fo.* 165. *a. v. Fletam. l.* 3. *c.* 17.
f *v. Litlet. l.* 2. *c.* 5. *stat. an.* 19. *H.* 7. *c.* 15. *Brocus Tenures* 76. *Fleta. l.* 3. *c.* 17. *Sect. De soccagio.*
g *Doct. & Stu. l.* 1. *c.* 7. *Fleta reditum unius anni duplicatum hoc casu deberi dicit, & consuetudine diversorum locorum esse diversam. l.* 1. *c.* 9. *Sect. nec erit.*
h *Fleta l.* 3. *c.* 17. *Sect. de socagio.*

pere

pere quicquid in feudo reperiat, nonec ei de relevio satisfactum fuerit *a*. Item si quis tenet per libratam & libratam piperis, hæres libratam piperis duplicatam primo anno solvet. Idem jus est, ubi feudatarius pro redditu quotannis solvit certum numerum caponum, gallinarum aut particharorum, aut tot modios frumenti vel aliud simile. Si tamen per rerum naturam relevium exhiberi statim non possit, tum dominus expectare ad justum tempus cogitur. Utpote si quis rosam, aut modium rosarum ad festum divi Johannis Baptistæ solvendum teneatur, is si in hyeme moriatur, hæres per dominum distringi non debet, donec rosæ per tempus comparari possunt *b* Feudistæ id deciniunt esse honorarium, quod novus vasallus patrono introitus causa largitur, quasi morte vasalli alterius, vel alio quo casu feudum ceciderit, quod jam a novo sublevatur *c*.

a *Litleton. l.* 2. *c.* 5.

b *Litleton. l.* 2. *c.* 5.

c *Hotoman verbis feudalibus verbo Relevium.*

§. 18. Et notandum est hæredes Comitum, Baronum, aut aliorum qui de Rege in capite (id est, jure coronæ suæ) per servitium militare tenent, si ad plenam ætatem ante mortem parentum pervenerint, conuetum relevium Regi persolvere: Comitem nimirum centum libras, Baronem centum marcas, militis hæredem pro unico feudo militari centum solidos. Sin quis sit qui duplex feudum militare tenet, bis centum solidos; atque ita plus vel minus pro rata *d*. Quod quoque de aliis feudorum dominis verum est *e*.

d *Magna chart. c.* 2. & *an. pri. Ed.* 2. *c.* 1. *Institut. jur. com. c.* 24. *Fleta. l.* 3. *c.* 17.

e *Bract. l.* 2. *c.* 26. *Brit. c.* 69.

§. 19. Relevii nomen hinc fluxisse veteres dixerunt, quia hæreditas, quæ jacens fuit per antecessoris decessum, relevatur in manus hæredis, & propter factam relevationem, faciendæ erit ab hærede quædam præstatio, quæ dicitur Relevium *f*.

f *Bract. l.* 2. *c.* 36. *Brit. c.* 69.

Sect. 20. Ma-

§. 20. Maritagium eſt ſervitus realis ad feudum militare ſpectans, quâ dominus feudi poteſtatem feudatarii ſui in matrimonio pro arbitrio ſuo collocandi habet, ſi infra ætatem atque cœlebs fuerit die quo anteceſſor moriatur, aut ſaltem valorem vendicandi. Hac de re ſatis ſuprà locuti ſumus *a*. Maritagii tamen verbum æquivocum eſt, cùm præterea ſignificet feudum ipſum quod intuitu matrimonii datur *b*. Atque hæc de ſervitio nobili ſufficiant.

a *l.* 1. *tit.* 10. *de nuptiis.*

b *Bract. l.* 2. *c.* 34. & 39.

§. 21. Servitium ruſticum ſive ignobile ſocagium à noſtris dicitur, à gallica dictione (Soc) quod vomerem ſignificat *c*: vel etiam ſoccagium atque ſockagium. Cauſa hujus appellationis hæc fuit, quòd hujuſmodi feudatarii apud majores noſtros tenerentur ad ſervitium ſoccæ vel aratri. Veniebant enim quotannis, cùm tempus poſtularet, cum jumentis ſuis, & tum arabant rum ſeminabant aliquam partem terræ dominicæ. Tempore autem factum eſt, ut iſtiuſmodi operæ plerunque in reditum certum convertantur, licèt priſcum nomen hujus ſervitutis adhuc permaneat *d*. Ita ut hoc feudum, quod in prima feudorum inſtitutione indignius habitum eſt, nunc longè potius & liberarius habeatur. Nam priſtini labores in modicam pecuniæ ſummam permutantur, ſolus valor annui reditus pro relevio exigitur, cuſtodia atque maritagium hîc locum non habente.

c *Litleton l.* 2. *c.* 5. *Bract. l.* 2. *c.* 35. *nu.* 1.

d *Litleton. l.* 2. *c.* 5. *Inſtitut. jur. com. c.* 31.

e *v. Dyer f.* 362. *nu.* 18.

§. 22. Socagium igitur quod in initio ſimpliciter villanum aut ruſticum ſervitium dicebatur, nunc dividitur in liberum & villanum. Liberum eſt, quod loco villanæ ſervitutis certam denariorum ſummam quotannis domino reddit *f*. Villanum etiam duplex eſt. Illud vetuſtum ſc. de quo fit certum ſervitium ratione ſui te-

f *Bract.* 2. *c.* 35. *nu.* 1.

a *Litleton. l.2.c.5.& Instit. jur. com. c.31.* b *Bract. l.2.c.8.nu.3.& v.vet. nat. br. fo. 49.v. Bract. l.1.c.11.nu.1. & 2.& Brit.c.66. fo.165.b.* c *Litleton. l.2.c.11.& Instit. jur. com. c.34. Brit.c.66. nu.9.* d *Smithus de repub. Angl. l.3.c.5.* e *Brit. c.66.* f *Idem ibidem.* g *Idem ibidem & v. Litleton.c. socage in prin.* h *Brit. ibidem.*

tenementi. Nam & hoc adhuc in usu est *a*. Alterum purum villenagium dicitur, in quo præstatur servitium incertum & indeterminatum, ubi sciri non poterit vespere, quale servitium fieri debeat mane. viz: ubi quis ratione feudi vel etiam personæ suæ facere tenetur quicquid sibi præceptum fuerit *b*. Recentiores tamen eos qui in villenagio tenent, cuilibet incerto servicio non tam apertè subjiciunt, sed villenagium illud definiunt, ubi vel villanus tenens secundum consuetudinem manerii, vel ad voluntatem domini, vel etiam liber homo ratione tenementi sui, serviles operas domino feudi præstat: utpote est fimum è civitate vel manerio domini ad terras ejus domiaicas exportare, aut aliquid simile *c*.

§. 23. Feudum ergo quod tenetur per liberum socagium, optimus omnium conditionibus hodie possidetur: quippe quod à custodiæ & maritagii molestiis immune est *d*, quæ per servitium militare tenentibus gravius sæpe incumbunt. Hoc autem hodie si in lata ejus significatione accipiatur, omnes feudorum species includere intelligitur, quæ à custodiæ & maritagii servitute liberatæ per certum reditum tenentur *e*. Cujusmodi sunt illa quæ tenentur per liberam eleemosynam *f*, vel de antiquo dominico Regio *g*, per feudi firmam *h*, in franco banco *i*, aut burgagio *k*.

Sect. 24. Servitium liberæ & puræ eleemosynæ, si servitium esse credamus, quod nec fidelitatem, nec terrenum aliquod officium donatori imperdit *l*, est, ubi feudum Abbati aut Priori, aut

i *Idem ibidem.* k *v. Brocum tit. Tenures nu.5.& 17*

l *Litletonus l.2.c.6. Brit.c.66. qui dicit aliquam eleemosynam esse, non puram sed cum aliis conjunctam servitiis.*

eorum
stro h
mini e
donat
orum
officiis
Rege
nibus
quam
illis te
in lib
frustrá
beram
effece
riori
nueri
jusque
bet *b*.
temit
tam &
Se
quod
minic
nicum
vardo
imme
regnu
posset
neret
geri,
net,
pellat
gi asci
mus.
nicum
gis fe

eorum conventui, Decano & Capitulo, Magistro hospitalis, aut cuicunque corpori vel homini ecclesiastico ejusdem capaci datur, ut pro donatoris & suorum tam vivorum quàm mortuorum animis apud deum orationibus & divinis officiis intercedant. Hoc autem hodie à solo Rege fieri potest. Nam *a* statutum quoddam omnibus interdicit concedere feudum simplex cuiquam de seipso tenendum. Itaque quicunque ab illis temporibus, si Regem excipiamus, feudum in liberam & puram elemosynam dederunt, frustrà hæc verba chartis suis inseruerunt (in liberam & puram eleemosynam, quia nihil per hæc effecerunt, quo minus donatarii feudum à superiori donatoris domino per eadem servitia tenuerint, per quæ ipse donator idem tenuit. Cujusque enim factum sibi non alii præjudicare debet *b*. Dominus tamen capitalis videtur posse remittere hæc servitia sibi debita, atque ita liberam & puram eleemosynam efficere *c*.

a *An.* 18. *Ed.* 3. *quod statutum appellatur westmonaster* 3. *aliás Quia emptores terrarum.*

b *Brocus tit. Tenures nu.* 61.

c *Brocus tit. Tenures nu.* 71. 97.

Sect. 25. Servitium antiqui dominici est illud quod præstant feudatarii de antiquo Regis dominico tenentes. Antiquum autem Regis dominicum est omne feudum quod à sancto Edovardo Rege vel etiam à Gulielmo Conquestore immediate tenebatur *d*. Hic enim universum regnum curiose describi fecit, sic ut cognosci posset, à quo domino quælibet virgula terræ teneretur: & hanc descriptionem in librum congeri, qui adhuc in scaccario principis permanet, & rotulum Wintoniæ vel domus Dei appellatur *e*. Maneria autem omnia quæ illic Regi ascribuntur, antiquum dominicum nuncupamus. Quia nimirum ab antiquo Regis dominicum fuerunt. Servitium itaque per quod hi Regis feudatarii tenebant, socagium dicitur *f*. Sed

d *v. Termini jur. verbo Awncient demane.*

e *v. Cambdenum in sua Britan. de Normanis c.* 94. *Cocum in præfatione ad* 3. *librum.*

f *Fitzh. nat. br. fo.* 13. *D. & f.* 114. *B. C.*

dupliciter

a *Bract. l.* 2. *c.* 8. *nu.* 4. *Brit. c.* 66. *Fitzh. nat. br. fo.* 14. *D. v. Fleta. l.* 1. *c.* 8. *per totum.*

dupliciter illi tenebant, alii sc. per chartas, & liberi Regis tenentes, alii per diplomata quæ copias rotulorum curiæ appellamus, vel etiam per virgam, & hi liberi Regis socmanni dicebantur *a*. Eorum neutri tenet ad voluntatem domini, sed per servitia priùs debita secundum consuetudinem manerii *b*. Libertates horum feudatariorum quibus gaudebant, ut regii negotiis vacare possent, nonnulli scriptores memoriæ prodiderunt *c*.

b *Kitchin. fo.* 99. *sed v. Brit. c.* 66.

Sect. 26. Servitus etiam quæ præstatur ab iis, qui in feudi firma tenent, socagium dicitur. Quia feudi firma non potest esse, ubi custodia & maritagium domino per chartas reservantur *d*. Quod idem de iis qui francum bancum habent, dicendum est *e*.

c *Brit. c.* 66. *Fitzh. nat br. fo.* 14. *D. Lisletonus l.* 2. *Institut. jur. com. c.* 35 *Fleta. l.* 1. *c.* 8. *In hujusmodi & seque.*

Sect. 27. Burgagium est certus reditus ab iis qui antiqua burga regni, vel (quæ ex iis orta sunt civitates incolunt. Regi vel alii domino, cui Rex hunc concessit, solutus, & socagium quoque dicitur *f*.

Sect. 28. His sic percursis intelligendum est plures adhuc esse servitutes feudales *g*, quæ partim iis qui tenent feuda militaria, partim iis qui rustica, incumbunt, partim etiam quæ utrisque sunt communia: utpote secta ad curam, secta ad molendinum, heriottum, auxillium ad filium faciendum militem & filiam maritandum, reditus servitudinarius & aliæ, quas quia à diversis diversorum locorum consuetudinibus, & diversis patronorum arbitriis dependunt, enumerare singulas difficile est *h*.

d *Brit. c.* 66.

e *Brit. ibidem Kitchinus fo.* 102.

Sect. 29. Secta ad curiam est servitium quod feudatarius ad frequentandam curiam domini sui

f *Litleton. l.* 2. *c.* 10.

g *v. Bract. l.* 2. *c.* 1, 6. *n.* 6. 7. 8. *& c.* 35. *& Brit. c.* 59. *hv. Brocum tit. Tenures. nu.* 50. *&* 53. *&* 58.

h

tenetur *a*. Sed non solùm feudatarii ad hoc tenentur. Nam nostri sectam quadruplicem faciunt : unam ex conventione aut stipulatione : quando sc. quis non mei feudi dominus convenit mecum vel anteceſſoribus meis, licèt non feudatariis suis ad sectam faciendam suæ curiæ : aliam sectam consuetudinariam, cùm quis & anteceſſores sui ultra memoriam hominum ad curiam alterius & anteceſſorum suorum licèt non patronorum feudi sui, venire consueverunt : tertiam, quam appellare possumus sectam servitudinariam, quam servitii nomine feudatarius domino suo præstat : quartam regalem, quâ omnes ad turnum vicecomitis, vel leras bis quorannis adire tenentur, ut non ignorent quæ ad pacem Reipub. illic geruntur. Regalem enim appellatam nostri volunt, (licèt aliqui realem eam malè dicant) quia fit ligeantiæ erga principem præstandæ causâ. Nam illîc omnes qui annum duodecimum prætervecti sunt, ligeantiæ sacramentum subeunt *b* ut supra dictum est *c*.

a *Fitzh. nat. br. fo.* 158.

b *Novi term. jur. verbo Sujte.*

c *Sect. fidelitas* 14. *hoc tit.*

§. 30. Secta ad molendinum est servitium quo feudatarii grana sua ad domini molendinum ibi molenda perferre ex consuetudine astringuntur *d*.

d *Fitzh. nat br. fo.* 122.

§. 31. Heriotum alias Hariottum compositum videtur à saxonicis dictionibus (Here & geat) (Here) enim exercitus est, & (geat) profectionem aut iter significat. Tributum autem domino datum fuit profecturo ad bellum *e*. Bractonus dicit Heriotum apud nos esse quasi Relevium *f*. Brittonus *g* ait esse munus feudatarii cùm moriatur, domino suo datum, quo relinquit illi animal omnium quæ habet optimum, aut aliud quodque juxta assignationem suam. Dicitque talè munus non tangere dominum, aut hæredem,

e *Lamberti ἀρχαιονομία verbo Heriotum.*

f *l. 2. c. 36.*

g *c. 69. quocum consentit Fletal. 3. c. 18.*

aut hæreditatem, neque cum relevio comparandum: sed potiùs ab amore & benevolentia feudatarii, quàm à jure aut officii necessitate profluere: & tam à villanis quàm liberis tenentibus. Heriottum hodie est servitium, quo feudatarius optimum animal, vel deficientibus animalibus, aliud quodcunque mobile quod tempore mortis habet, domino suo relinquere tenetur. Est autem dupl'ex. Servitudinarium nimirùm quod tenens in feudo simplici solvit, aut consuetudinarium, quod tenens pro vita juxta consuetudinem luit *a*.

a *Brocus tit. Hariot. nu.* 5.

DE USUFRUCTU.

TIT. IV.

EX superioribus patet servitutes esse vel reales vel personales *b*, de realibus dictum est. Personales sunt quæ personæ debentur *c*. Hæc autem species dupl'ex est: una quam persona personæ debet, de qua quoque supra *d*: altera quam res personæ debet: cujusmodi sunt usufructus, usus, habitatio. Ususfructus itaque respectu personæ cui debetur, jus est, respectu rei quæ debetur, est servitus *e*.

b *Bract. l.* 4. *tract.* 1. *c.* 39.
c *Bract. ibidem.*
d *l.* 1. *tit. de Jure personarum.*
e *Bract. l.* 4. *tract.* 1. *c.* 37. *nu.* 1.

§. 1. Cùm nullus in Anglia præter Regem plenum in rebus immobilibus dominium habeat, non est facile discernere, qui sunt usufructuarii, qui non. Utrùm nimirùm omnes subditi, qui terras quocunque titulo tenent, an aliqui tantùm, qui vel hoc vel illo jure eas possident. Nam qui fœudum habent, utile tantùm dominum habent, & eo excidunt juxta feudistas, si fidelitatem domino præstitam violaverint, nostro vero jure, qui

f *Wessenber. de feud. c.* 1. *nu.* 5.

quid felonice perpetraverint *a*. Qui autem usumfructum solum habet, dominium quoque aliquâ ratione habet *b*. Præterea qui fæudi firmam habet, ille nimirum quem Jus civile Romanorum emphyteuticum appellat *c*, licet habeat perpetuitatem, in dominii tamen recognitionem, pensionem annuam alii solvit *d*. Denique qui liberum habet tenementum, idemque malè utendo fruendo perdit, actioni de vasto subjicitur *e*. Quod ita non esset, si dominus soli esset, & liberam ejus dispositionem haberet. Sed Bractonus aperte declarat quos titulos nostri Jurisperiti nomine ususfructus comprehendunt. Nam distinguendo inter liberum tenementum & usumfructum *f*, inter tam feudum quàm feudi firmam & usumfructum multo magis distinxerit, quia in illis perpetuitatem, in hoc solùm vitæ suæ terminum possessor habet *g*. Unde sequitur usufructuarium in rebus soli apud nostros esse eum, qui terras aut tenementa vel ad terminum annorum, vel ad voluntatem alterius tenet, vel etiam eum qui vi pignoris terras possidet, quem nostri in mortuo vadio tenentem appellant, vel ex causa executionis, quem (juxta causæ varietatem) tenentem per elegit, per statutum stapuli vel de mercatoribus: vel denique qui custodiæ jure terras hæredis occupat, donec ad ætatis maturitatem pervenerit.

§. 2. Ususfructus autem apud nos & legari & pactionibus constitui potest *h*. Imo quidem apud majores nostros feudorum ususfructus à proprietate in perpetuum separari potuisse videtur, donec hoc regni constitutione mutatum

a *Stawnf. placita cor. l. 3. c. 30.*

b *l. Qui usumfructum 58. π de verb. oblig. v. Bract. l. 4. tract. 1. c. 36. nu. 2.*

c *π si vectigalis agar.*

d *Brit. c. 66.*

e *Fitzh. nat. br. fo. 55. & seqq. Doct. & Studial. 1. c. 23. v. Flet. l. 1. c. 12.*

f *l. 4. tract. 1. c. 36. in prin. v. Plowden casu Partridge fo. 83. a.*

g *Supra de reb. corp. & incorp.*

h *Institut. jur. com. c. 5. etsi hos nudum dominium habere Fleta affirmat l. 2. c. 12. Sect. sed refert.*

aut hæreditatem, neque cum relevio compo-
randum: sed potiùs ab amore & benevolen-
feudatarii, quàm à jure aut officii necessita-
profluere: & tam à villanis quàm liberis tenen-
tibus. Heriottum hodie est servitium, quo feu-
datarius optimum animal, vel deficientibus ani-
malibus, aliud quodcunque mobile quod tem-
pore mortis habet, domino suo relinquere tene-
tur. Est autem dupl'ex. Servitudinarium nimi-
rùm quod tenens in feudo simplici solvit, au
consuetudinarium, quod tenens pro vita jura
consuetudinem luit *a*.

a *Brocus tit. Heriot. nu. 5.*

DE USUFRUCTU.

TIT. IV.

EX superioribus patet servitutes esse vel rea-
les vel personales *b*, de realibus dictum est.
Personales sunt quæ personæ debentur *c*. Hæc
autem species dupl'ex est: una quam perso-
personæ debet, de qua quoque supra *d*: alter
quam res personæ debet: cujusmodi sunt usu-
fructus, usus, habitatio. Ususfructus itaque respe-
ctu personæ cui debetur, jus est, respectu rei quæ
debetur, est servitus *e*.

b *Bract. l. 4. tract. 1. c. 39.*
c *Bract. ibidem.*
d *l. 1. tit. de Jure. personarum.*
e *Bract. l. 4. tract. 1. c. 37. nu. 1.*

§. 1. Cùm nullus in Anglia præter Regem
plenum in rebus immobilibus dominium habeat,
non est facile discernere, qui sunt usufructuarii,
qui non. Utrùm nimirùm omnes subditi, qui ter-
ras quocunque titulo tenent, an aliqui tantùm,
qui vel hoc vel illo jure eas possident. Nam qui
fœudum habent, utile tantùm dominum habent,
& eo excidunt juxta fœditatis, si fidelitatem do-
mino præstitam violaverint, nostro vero jure, si
qui

f *Wessenber. de feud. c. 1. nu. 5.*

quid felonice perpetraverint *a*. Qui autem usumfructum solum habet, dominium quoque aliquâ ratione habet *b*. Præterea qui feudi firmam habet, ille nimirum quem Jus civile Romanorum emphyteuticum appellat *c*, licet habeat perpetuitatem, in dominii tamen recognitionem, pensionem annuam alii solvit *d*. Denique qui liberum habet tenementum, idemque malè utendo fruendo perdit, actioni de vasto subjicitur *e*. Quod ita non esset, si dominus soli esset, & liberam ejus dispositionem haberet. Sed Bractonus aperte declarat quos titulos nostri Jurisperiti comprehendunt. Nam distinguendo inter liberum tenementum & usumfructum *f*, inter tam feudum quàm feudi firmam & usumfructum multo magis distinxerit, quia in illis perpetuitatem, in hoc solùm vitæ suæ terminum possessor habet *g*. Unde sequitur usufructuarium in rebus soli apud nostros esse eum, qui terras aut tenementa vel ad terminum annorum, vel ad voluntatem alterius tenet, vel etiam eum qui vi pignoris terras possidet, quem nostri in mortuo vadio tenentem appellant, vel ex causa executionis, quem (juxta causæ varietatem) tenentem per elegit, per statutum stapuli vel de mercatoribus: vel denique qui custodiæ jure terras hæredis occupat, donec ad ætatis maturitatem pervenerit.

§. 2. Ususfructus autem apud nos & legari & pactionibus constitui potest *h*. Imo quidem apud majores nostros feudorum ususfructus à proprietate in perpetuum separari potuisse videtur, donec hoc regni constitutione mutatum

a *Statut. placita corr. l. 3. c. 30.*
b *l. Qui usumfructum 58. π de verb. oblig. v.*
c *Bract. l. 4. tract. 1. c. 36. nu. 2.*
d *π si vectigalis agat.*
e *Brit. c. 66.*
f *Fitzh. nat. br. fo. 55. & Seqq. Doct. & Studial. 1. c. 23. v.*
g *Fleta l. 1. c. 12.*
h *l. 4. tract. 1. c. 36. in prin. v. Plowden casu Partridge fo. 83. a.*
i *Supra de reb. corp. & incorp.*

Institut. jur. com. c. 5. etsi hos nudum dominium habere Fleta affirmat l. 2. c. 12. Sect. sed refert.

a *An.* 17. *H.* 8. *c.* 10. *v. Cocum. l. pri. casu Chudley per totum.*
b *Institut. jur. com.*
c *Institut. jur. com. c.* 5.
d *Bracus. tit. Tenures* 133. *v. Plowden casu Paramour fo.* 542. *b.*
e *Institut. jur. com. c.* 5.
f *v. Infra. l.* 4. *tit. finali. Sect. læsæ majestatis & Sect. pœna felonie.*

esset *a*. Tenementa tamen illa, quæ per copiam rotulorum curiæ aut per virgam ad voluntatem domini tenentur, ultra annum sine domini licentia locari non possunt *b*, neque legari omnino, nec ad alium pactione aliquâ transmitti, nisi tradita priùs in manus domini fuerint & deinceps ab eo accepta per illum, ad quem prior tenens eadem alienare cupit *c*.

§. 3. Receptum quoque est apud nos usumfructum earum rerum constitui posse quæ usu & assiduâ permutatione extinguuntur. Ita ut servi, pecuniæ, jumentorum, vaccarum, gregis, granorum, aut similium usumfructum & legari vel etiam conventione inter vivos constitui nemo dubitet *d*.

§. 4. Finitur ususfructus aut morte usufructuarii *e*, utpote eorum tenementorum quæ per copiam rotulorum Curiæ tenemus: aut maximâ capitis diminutione *f*, nempe in illo casu, quo quis ob crimen aliquod omnibus bonis suis excidit, vitâque privatur *g*. Item tempore, cùm ni-mirum anni, ad quos constitutus est, elapsi fuerint: & consolidatione *h*: cùm usufructuarius proprietatem rei acquisiverit: culpâ denique usufructuarii: ut cum vastum fecerit, aut tenementum contra jura ad alium transmiserit *i*.

g *Fitzh. nat. br. fo.* 201. h *v. Cocum l.* 2. *casu Lane fo.* 17. *a. b & Plowdem casu Bracebripge fo.* 419. *b. &* 420. i *v. Flet. l. c.* 12. *per totum v. mag. chart. c.* 4. *westm. 1. c.* 47. *statut Gloces. c.* 5. *westm.* 2. *c.* 35. *v. Dyer. fo.* 42. *nu.* 20. *fo.* 30. *nu.* 207. *fo.* 178. *n.* 36. *v. Fitzh. nat. br. fo.* [illegible] *& seqq.*

DE USU ET HABITATIONE.

TIT. V.

USus apud nos æque late extenditur, atque uſusfructus apud authores juris civilis *a*. Sed non video cur idem jus tam de uſu, ut illi eum intelligunt, quam de habitatione apud nos non teneat, quod olim inter Romanos tenebat. Nam nihil quod legi, impedit quo minus & legentur, & pactionibus acquirantur. Nihil tamen de iis invenio ſpecialiter pronunciatum apud noſtros, unde hoc confidenter affirmare poſſim.

a *An.* 27. *H.* 8. *c.* 10. *Doct. & ſtu. dial.* 2. *c.* 22.

b *Bract. l.* 2. *c.* 22. *in prin. Fleta. l.* 3. *c.* 15. *Sect. De minori.*

DE USUCAPIONIBUS ET LONGI temporis præſcriptionibus.

TIT. VI.

DIctum eſt ſuprâ qualiter rerum corporalium dominia ex titulo & juſta cauſa acquirendi tranſferuntur per traditionem. Nunc autem dicendum qualiter tranſferuntur ſine titulo & traditione per uſucapionem, ſc. per longam continuam & pacificam poſſeſſionem ex diuturno tempore & ſine traditione *b*. Nam præſcriptio nonnunquam traditionis vim habet *c*.

c *Britt. c.* 4. & *Bract. l.* 4. *tract.* 1. *c.* 38. *nu.* 13.

§. 1. Hanc uſucapionis & præſcriptionis differentiam Juſtinianus fere dat, ut illam rerum mobilium, hanc immobilium faciat *d*, confunduntur tamen ſæpiſſime *e*.

d *v. Prætum in lexico ſuo verbo præſcriptio.*

e *Vulteius in commen. ſupra Inſtit. h. t. nu.* 6. & 10.

§. 2. Res mobiles non eodem ſemper modo uſucapiuntur. Nam emptæ in publico foro

a *v. Infra titulum de empt. & vend. l.* 3. *tit.* 24. *v. Dyer. f.* 99. *nu.* 66.

vel merketo, licèt furtivæ, perfectâ venditione, id est, post telonium, si quod debeatur, solutum, & insinuatum contractum, statim emptoris fiunt, ita ut nullo domino detur evictio *a*. Sed equus furto subductus sic tandem usucapitur, si integram horam per forum obequitetur, aut aliàs continuè & aperte ductus ostendatur *b*: & deinceps ejus venditor ad eum qui ad telonium sedet accedens, tam equum cum vero ejus precio quàm prænomen, cognomen suum, victus quærendi rationem, & locum habitationis illi declaret, ac denique hæc omnia per unum testem telonitæ bene perspectum & cognitum comprobare in librum insinuari faciat *c*.

b *An.* 2. & 3. *Ph. & Mar. c.* 7.

c *An.* 31. *Eliz. c.* 12.

d *Brit. c.* 17. *Doct. & stu. dial* 2. *c.* 3. *& c.* 51. *v. sup. de rerum divis. Sect.* 44. *& 45.*

§. 3. Jumentum vel pecus oberrans in feudo cujusquam repertum, post denunciationes in vicinis emporiis debite factas, per patronum feudi usucapitur, nisi intra annum & diem à domino vendicetur *d*. Idem etiam de derelictis quæ Waivia dicimus *e*, & è naufragio in terram propulsis, nisi in Wrecki causam incidant, pronunciandum est *f*. Aliæ verò sivè datæ, sivè inventæ, sive ex causa onerosa provenientes, usucapioni non cedunt, multo minus quæ furtivæ sunt *g*. Londinenses tamen hoc gaudere privilegio dicuntur, ut quicquid quis professioni suæ consonum, & officinæ suæ allatum bonâ fide emit, illud statim sine omni evictionis metu suum faciat *h*.

e *Idem ibidem.*

f *Westm.* 1. *c.* 4. *an.* 3. *Ed. pri.*

g *Nous liber intrationum verbo Trouver. Bract. l.* 2. *c.* 5. *nu.* 2. *v. tamen Brit. d. c.* 17.

h *Dyer. fo.* 121. *nn.* 16.

§. 4. Præscriptio est legitima definitio temporis ideo constituta, ut in omnibus negotiis opportunitas cum tranquilitate teneatur. Omnes enim præscriptiones eò pertinent, ne quid in Re-publica tardius vel immaturius fiat, quàm æquum & bonum videtur. Porro in rebus tractandis, aliàs ad diligentiam exercendam, aliàs ad

præ-

præcipitationem evitandam præfixis temporum metis urgendi sumus *a*.

§. 5. Præscriptio autem à consuetudine differt, quòd illa possessione quæritur, ut quærenti jus novum adjungat, detrahat alteri. Consuetudo verò nihil habet hujusmodi, cùm eos tantùm suis legibus impleat à quibus ipsis instituitur, quorum moribus & consensu perficitur *b*.

§. 6. Præscriptio licèt generaliter accepta, sit temporis, quæ hominum memoriam superat *c*, tamen sit apud nos non sine magna diversitate. Sed ordinis causâ eam dividendam censemus sic, ut alia damni securam evitationem, alia dominii certam acquisitionem operetur.

§. 7. In pœnis itaque declinandis hoc primò perpetuum est, ubi aliqua pecuniæ summa ob delictum quodcunque soli principi per statutum addicitur, illic delinquentes post duos annos præscribere sibi immunitatem: ubi autem principi & alii ut quadruplatori, post biennium contra instantiam principis, post annum contra communis personæ promotionem aut delationem *d*. Nisi tamen statutum illud quod pœnam infligit, aliud tempus specialiter præfiniat. Statutorum autem hîc magna est discrepantia: aliqua siquidem annum *e*, aliqua annum & diem *f*, aliqua duos annos *g*, aliqua tres *h*, aliqua quatuor *i*, aliqua mensem unum *k*, aliqua duos *l*, aliqua sex *m*, aliqua dies sex *n*, aliqua dies quindecim *o*, præscriptioni indulgeant. Præterea juxta

a *Prætæus in suo lexica verbo: præscriptio.*
b *Conna. l. 1. comment. jur. civil. c. 10. nu. 8.*
c *Doct. & Stu. l. 1. c. 8. Kitchinus fo. 104.*
d *An. 31. Elizab. c. 5.*
e *An. 3. Hen. 1. an. 2. & 3. Ph. & Ma. c. 3. an. 4. & 5. Ph. & Ma. c. 2. an. 1. Eliza. c. 7. an. 13. ejusdem c. 11. an. 31. ejusd. c. 4.*
f *An. 23. Eliza. c. 1.*

g *An. 8. R. 2. c. 4. an. 5. Ed. 6. c. 14. an. 39. Eliza. c. 1.* h *An. 8. H. 6. c. 9. an. 1. H. 8. c. 4. an. 39. Elizab. c. 1.* i *An. 7. H. 8. c. 3.* k *An. 23. Eliza. c. 1.* l *An. 23. H. 6. c. 15. an. 1. Ed. 6. c. 1.* m *An. 5. Eliza. c. 5. & 15.* n *An. 11. H. 7. c. 7. an. 7. H. 8. c. 7.* o *An. 7. H. 8. c. 7.*

jus commune si quis malitiosi homicidii, quod murdrum dicimus, indictatus absoluatur, contra appellationem omnem ab uxore vel consanguineo hominis interfecti post annum & diem elapsum præscribit *a*.

§. 8. Res item immobiles sive corporales sive incorporales sint, variè præscribuntur. Usitatissima autem omnium est illa quæ longissimum citur, & ultra hominum memoriam extenditur. Si enim capellani sustentationem ad divina in ecclesiâ aliquâ celebranda *b*, si reparationem ecclesiæ *c*, si interesse in electione magistri cujusquam hospitalis *d*, si annuitatem *e*, si cognitionem placiti cujusquam in sua curia *f*, si servitutem in suo feudo *g*, præscribere contra aliquem quis velit, immemorialem hanc probare debet, aut nihil agit. Neque enim cùm generaliter præscriptionem dicimus, aliquam præter istam intelligimus *h*.

§. 9. Sunt tamen breviorum temporum præscriptiones: sicuti quadraginta annorum in modo decimandi *i*, quinque annorum in terris & tenementis post finem de eis debite recognitum *k*: trium annorum ad possessionem terrarum vel tenementorum violenter retinendam, quarum in pacifica possessione tam diu fuimus *l*: unius anni & diei, villano ad asserendam libertatem contra dominum, si tam diu in antiquo dominico, vel aliqua Regis civitate aut villa minime interpellatus permanserit *m*: & cuicunque ad in-

a Fitzh. nat. br. fo. 25. *G. Brit. c.* 28. *fo.* 66. *b.*
b Novus liber intrationum tit. Action in Chapelayn.
c Eodem tit. in Reparations.
d Eodem libro, tit. Quare impedit in Hospital.
e Eodem lib. tit. Annuity in Corps politique.
f Eodem l. tit. remover de bref.
g Eodem l. tit. Replevin in amercement. & *Fitzh. nat. br. fo* 122. *Doct. & stud. l.* 2. *c.* 51.
h Doct. & stud. l. 1. *c.* 8. *i An.* 2. & 3. *Ed.* 6. *c.* 13. *k Doct. & stu. l.* 1. *c.* 25. & *l* 2. *c.* 14. *Litle. l.* 3. *c.* 7 *Institut. jur. com. c.* 27. *n. Plowden casu Stowel fo.* 357. *a.* & *seqq. v. Dyer fo.* 72. *nu.* 3.
l An. 8. *H.* 6. *c.* 9. *m Fleta l.* 2. *c.* 51. §. *Et talis. Fit. nat. br. f.* 76.

strumenti ab aliquo incarcerato facti confirmationem, nisi qui illud confecerit, interim idem reclamaverit *a*: & ad impediendum ejus introitum, qui post continuum clameum omissum, terras aut tenementa de quibus injustè dejectus est, postquam ad dejectoris hæredem successionis jure pervenerint per se recuperare nititur *b*.

§. 10. Regi nulla temporis præscriptio præjudicat *c*, neque domino cuiquam, quo minus villani sui perquisitum vendicet *d*.

§. 11. Neque quidem omnium rerum est præscriptio: utpote quarum nullum est commercium, vel corona proprie domina est *e*, vel usus rationi aut bonis moribus repugnat *f*, vel alienatio sine instrumento fieri non potest *g*: quarum etiam ne præscriptio fiat, inter aliquos conventum est *h*. Hoc quoque apud nostros receptum est, ut præscriptio nullum jus in terris constituat *i*.

§. 12. Nec potest præscriptio esse earum pertinentiarum, quarum principale perpetuam & constantem durationem non habet *k*: aut earum quas se & antecessores suos singulosue quorum statum ipse habet possedisse quis non dixerit *l*: Præscriptio denique contra statutum postea editum non valet *m*.

§. 13. Magna varietas apud antiquos fuit quanto tempore post, terrarum, tenementorum, vel juris cujuspiam dominium vel quasi consopitum, per breve petitorium quod de recto dicimus, aut post possessionem vel quasi, amissam, per possessorium, quod assisam vel de ingressu vocamus, agere quis possit *n*. Sed hanc

a *Brit. c.* 31.
b *Litle. l.* 3. *c.* 7. *Bract. l.* 4. *tract.* 1. *c.* 2. *nu.* 7. *v. Brit. c.* 42. *v. Plowden casu Stowel fo.* 357. *b. & f.* 372. *a. nov. term. jur. verbo Continual clayme.*
c *Brit. c.* 34. *Perkinus Grawnts* 29.
d *Idem c.* 38. *Bra. l.* 2. *c.* 5. *n.* 7.
e *Bract. l.* 2. *c.* 5. *nu.* 7.
f *Litle. l.* 2. *c.* 11.
g *Idem ibidem. & v. Bract. tract.* 1. *c.* 38. *nu.* 23. h *Bract. l.* 2. *c.* 19. *nu.* 4. i *Doct. & stu. l.* 1. *c.* 8. k *Dyer f.* 70 *nu.* 40. l *Dyer f.* 71. *nu.* 42. m *Dyer f.* 373. *nu.* 13. n *Theolati digestum* [illegible]

om-

omnem controversiam posteritatis prudentia salubri regni constitutione composuit, quæ cuique differentiis accommodata singulis optime prospexit *a*.

a An. 32. *H.* 8. *c.* 2. *v. Cocum l.* 4. *casu Bevil. fo.* 10. *a.*

DE DONATIONIBUS.

TIT. VII.

ACquiritur etiam civili multis modis: viz. ex causa donationis, successionis ex causa testamentaria, & aliis pluribus modis, ut infra dicetur *b*. Quoniam autem inter alias causas acquisitionis magna, celebris, & famosa est causa donationis, ideo donatio primum locum meritò vendicat. Nam per eam magis acquiritur & sapius quàm per aliam *c*.

b Bract. l. 2. *c.* 4. *in prin. Flet. l.* 3. *c.* 2. § *penult.*

c Bract. eodem c. 5. *nu.* 2. *Brit. c.* 34.

§. 1. Donatio autem est quædam institutio, quæ ex mera liberalitate & voluntate, nullo jure cogente, procedit, ut rem tranferat ad alium, Et (dare) est rem accipientis facere cum effectu: alioquin inutilis erit donatio, quæ irritari poterit & revocari *d*.

d Bract. eodem nu. 2. *Brit. c.* 34. *Flet. l.* 3. *c.* 3. *in pri. & Sect.* 1.

§. 2. Donationem nostri feoffamentum sæpe appellant. Verùm donationis nomen multo est latius: siquidem non solùm immobilium sed & mobilium quorumcunque gratuitam alienationem comprehendat *e*. Sed circa terras sic quoque distinguuntur istæ appellationes, ut feoffamentum feudi simplicis ad donatarium seu feoffatum, donatio feudi talliati translationem significet *f*.

e Bract. l. 2. *c.* 26. *in princ.*

f Litle. l. 1. *c.* 6.

§. 3 Donatio juxta latissimam significationem sic dividitur, ut alia inter vivos, alia mortis causâ dicatur, de qua inferius dicetur *g*. Item dona-

g Bract. l. 2. *c.* 5. *Flet. l.* 2. *c.* 57.

donationem alia simplex & pura: quæ sc. nullo jure civili vel naturali cogente, nullo precio, metu, vel vi interveniente, ex mera & gratuita liberalitate donantis procedit, & ubi nullo casu velit donator ad se reverti quod dedit *a*. Alia fit ob causam futuram ubi sc. causa interponitur, ut aliquid fiat vel non fiat *b*. In quam speciem cadit donatio causâ matrimonii & dotis *c*, vel mortis, & hujusmodi: Ut si quis eâ mente dederit, ut tunc fiat accipientis, cùm aliquid fuerit subsecutum: id est, si aliquid factum fuerit vel non factum. Et hoc genus donationis improprie dicitur donatio, cùm fiat sub conditione *d*. Sed & fit donatio aliquando propter causam præteritam *e*. Quædam tam propter præteritam quàm futuram *f*. Item donatio quædam libera & pura, quædam sub conditione vel modo suspensa *g*. Item quædam absoluta & larga, quædam stricta & coarctata, sicut certis hæredibus, quibusdam à successione exclusis *h*. Item donatio quædam cum charta fit, quædam sine charta *i*.

a *Bract. l. 2. c. 5. nu. 3. quem quoque vide l. 2. c. 10. Flet. l. 3. c. 3 Sect. 2. 3. 4. c. 8.*

b *v. Dier f. 33. b. nu. 34.*

c *Glanvil. l. 7. c. 1. & c. 18. Bract. l. 2. c. 7. Fleta. l. 3. c. 9. per totum.*

d *Bract. ubi supra. Britt. c. 34.*

§. 4. Videndum est quis donare possit & quis non. Et sciendum quod donare potest omnis qui à lege vel jure non prohibetur *k*. Prohiben-

Fitzh. nat. br. f. 205. H. v. Flet. l. 3. c. 11.

per totum. e *Brit. c. 35. Litleton c. 5. f. 76. a.* f *Plowden casu wroth f. 455. b.* g *Bract. l. 2. c. 5. nu. 3. Brit. c. 35. Fitzh. nat. br. f. 205. A. Bract. l. 4. tract. 1. c. 7. nu. 2. Plowden casu Reniger. f. 30. a. & 32. a. b.* h *Bract. l. 2. c. 7. Brit. c. 35. Doct. & stu. l. 1. c. 24. & l. 2. c. 6. per totum. Litle. l. 1. c. 23. Flet. l. 3. c. 3. Sect. donationum & seqq.* i *Doct. & stu. l. 1. c. 16. f. 86. b. Bract. l. 2. c. 16. Brit. c. 29. v. Fletam l. 3. c. 9. per totam.* k *Bract. eodem nu. 4. qui quoque omnia sequentia in hoc Sect. habet ibidem. v. Flet. l. 3. c. 3. Sect. quidem autem & seqq. quem etiam lege capite 7. ejusdem libri per totum.*

tur

tur donationem facere omnes, qui generalem liberam rerum suarum non habent administrationem: sicut illi minores qui sunt sub tutela cura, & seipsos regere non norunt. Accipere tem poterunt, & conditionem suam meliorem facere. Dare autem non possunt, quia donationi consentire non possunt, nec cum authoritate tutoris nec sine. Item nec surdus qui omnino non audit. Secus si tardè audit. De muto autem qui omnino loqui non potest, idem erit dicendum. Possunt tamen consentire (secundum quosdam) per signa & nutum. Generaliter tamen tenendum est, quòd mutus donationem facere non potest, quia donationi consentire non potest: sicut nec furiosus nec mente captus, nisi lucida gaudeat intervallis *a*. Vice autem minoris fungitur ecclesia Dei *b*.

a *Idem eodem. Brit. c.* 34.
b *Bract. eodem Brit. c.* 54. *Flet. l. c.* 3. *Sect. Dare autem.*
c *Bract. l.* 2. *c.* 8. *nu.* 4. *Doct. & stu. l.* 2. *c.* 43.

§. 5. Item nec ille donare potest, qui hostibus captus est, quamdiu fuerit in custodia eorum & sub potestate. Quia nec possidere potest qui ab aliis possidetur. Nec aliquid dare potest cum effectu quia nihil possidet *c*. Idem de servo dici potest ratione præfectâ: nihil enim possidet, dum ab aliis possidetur *d*. Hic tamen utiliter donare videtur rem suam quamcunque, cujus seisinam dominus ejus adhuc non est assecutus *.

d *Bract. l.* 2. *c.* 16. *nu.* 5. *v. tamen exceptionem tit. proximè sequenti.*
* *Litle. c. villenage.*

§. 6. Donare olim non potuit leprosus extra communionem gentium positus *e*. Nequ bastardus hæredes habet, quibus hoc nomine cum effectu donet, nisi de corpore suo legitimè procreatos *.

e *Bract. d. l.* 2. *c.* 5. & *Brit. d. c.* 34.
* *Bract. & Brit. ibid. Perkin. tit. Graunts* 48.

§. 7. Feudum neque donare potest accusatus super crimine læsæ majestatis vel alio crimine capitali convictus post feloniam perpetratam: dum tamen postea judicialiter & per sententiam

sentiam condemnatus & convictus fuerit *a*. Catalla quandocunque ante convictionem rectè donare videtur *b*.

§. 8. Nec quis præter Regem *c* dare potest, qui omnino rei datæ seisinam non habuerit. Quod etiam juxta veteres verum est, licet dominium habeat & servitium recipiat *d*.

§. 9. Nec valent donationes factæ inter virum & uxorem. Non enim poterit vir dare uxori, nec è converso, constante matrimonio. Quia hujusmodi donationes prohibitæ sunt inter tales personas. Si autem ante sponsalia vel matrimonium, vel post divortium fient, bene valent: dum tamen non fiant occasione matrimonii subsequentis, si fiant ante, juxta quorundam opinionem *e*. Vir tamen terras in feudum simplex uxori testamento suo legare potest: & ratio diversitatis est quia testamentum ante mortem testatoris vires non capit *f*, & tùm una atque eadem persona vir & uxor esse desinunt *g*.

§. 10. Nec donat quis rem alienam cum effectu *b*. Nec in extremis agens terras dare potest secundùm quosdam *i*, licèt alii aliter sentiant *k*, & meliùs. Fœmina sine viro, nec vir terras fœminæ sine ipsius consensu, dare potest *l*.

a *Bract. l.* 2. *c.* 13. *Brit. d. c.* 34.

Stawnf. pla. cor. l. 3. *c.* 32. *Fleta l.* 3. *c.* 3. *Sect. præterea dare. & l.* 3. *c.* 10. *Sect. quandoque v. Fulb. paral. tit. Seignories fo.* 26. *a. b. Perkinus Grawnts* 29.

b *v. infra quibus non est permissum Sect.* 3.

c *Dyer fo.* 108. *nu.* 28. 29. 30. d *Bract. d. c.* 5. *Spec. Justi. l.* 2. *c. de contractes v. casum notandum in Flet. l.* 5. *c.* 15. *in princ.* e *Bract. ibidem Brit. d. c.* 34. *Fleta l.* 3. *c* 3. *Sect. Dare etiam & Sect. si autem & Sect. simplicis & Sect. sanctimus & l.* 3. *c.* 13. *Sect. fin.* f *Litle. l.* 2. *c.* 10. *l. assis. pla.* 60. g *Brocus Devise* 34. h *Bract. l.* 2. *c.* 14. *v. tamen cum lib.* 2. *c.* 5. *nu.* 7. *Plowd. casus Hare fo.* 528. *a.* i *Glanvil. l.* 7. *c.* 1. k *Bract. d. c.* 5. *nu.* 8. l *Brit. d. c.* 34. *Fitzh. nat. br. fo.* 163. *A. B. C. D.*

§. 11. Mo-

a *An.* 13. *Elizab. c.* 5. & *an.* 27. *ejusdem cap.* 4. *vid. Cocum. l.* 3. *casu. Twyne per totum v. Dier. f.* 29. 5. *nu.* 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.

§. 11. Modum præterea illum donationibus hominium statuta regni adhibuerunt, ut nemini ultra facultates suas in fraudem creditorum suorum dare patiantur *a*.

§. 12. Sunt & alii qui sine consensu aliorum dare non possunt, ut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates vel Priores ecclesiarum, non dant terras suas sine consensu capituli, neque cum capitulo sine consensu Regis vel alterius patroni. Quia omnium illorum consensus, quos res tangit, erit necessarius & requirendus *b*. Unde etiam fit ut qui de Rege tenent sine ejus consensu terras suas donare nequeant *c*. Item nec rectores

b *Bract. d. c.* 5. *nu.* 7. *Brit. d. c.* 34. *Fitz. nat. br. fo.* 194. 1. & 195. *B.*

ecclesiarum, quia nihil possident nisi nomine ecclesiæ suæ: unde nihil dare possunt, alienare, nec permutare, sine consensu Episcopi & patroni, nisi inde conditio ecclesiæ melioretur. Sunt etiam qui dicunt eos ecclesiæ conditionem meliorant non posse sine consensu prædictorum *d*.

c *Fleta. l.* 3. *c.* 3. *Sect. Dare autem v. infra. tit. seq. Sect.* 2.

§. 13. Omnes ex donatione alterius capere possunt, nisi qui expresso jure prohibentur, neque quidem singuli tantùm sed & plures simul *e*. Hæc autem sunt fœmina ex dono viri sui aut è contrà, durante inter eos matrimonio *f*: viri religiosi *g*, & ecclesiastici omnes ecclesiæ suæ nomine *h*, corpora etiam politica *i*. Immobilia enim quæ

d *Glanvil. l.* 7. *c.* 1. *in. fine Bract.*

corporibus politicis sine venia legitima donantur, aliquando regi, aliquando domino proximo superiori foris fiunt *k*. Neque Judæi *l*, nec ii qui

l. 2. *c.* 5. *nu.* 5. *conjunge Sect. quartum tituli proximè subsequentis.*

e *Bract. l.* 1. *c.* f *v. Fletam. l.* 3. *c.* 4. g *Bract. l.* 2. *c.* 5. *nu.* 6. *Brit. d. c.* 34. & *Bract. l.* 2. *c.* 12. *per totum.* h *Magna charta.* 36. *Flet. l.* 3. *c.* 5. *in prin.* i *Statutum de mortmayn seu de religiosis. an.* 7. *Ed.* 1. *stat.* 1. *stat.* 2. *an.* 34. *ejusdem stat.* 5. *an.* 18. *Ed.* 3. *stat.* 3. *c.* 3. k *An.* 15. *Rich.* 2. *c.* 5. *Fitzh. nat. br. f.* 221. *Q.* l *v. stat. an.* 15. *R.* 2. *c.* 5. m *Bract. l.* 2. *c.* 5. *nu.* 6.

non sunt ad fidem Regis Angliæ *a*: sed quia quicquid datum accipiunt, non sibi sed Regi acquirunt, ut supra quoque diximus *b*: neque denique personæ quæ adhuc incertæ sunt; utpote hæredes ejus qui superstes est *c*: aut ille qui erit primogenitus alicujus, qui tempore donationis liberos non habet *d*. Possessio tamen Titio ad vitam, remanentia hæredis ejus licèt adhuc incerto rectè donatur *. Is quoque qui penitùs inidoneus est ad exercendum officium in curia domini Regis, ejusdem officii capax non est *e*.

§. 14. Res etiam quæcunque donari possunt præter eas quæ possideri non possunt vel quasi, Tales autem sunt sacræ & religiosæ, vel quasi sacræ. Quasi sacræ sunt liber homo, & res fiscalis quæ facit ipsam Coronam, & communem utilitatem respicit *f*. Quibus aliqui etiam muros & portas civitatum addunt *g*. Hodie tamen vix videtur esse aliqua libertas ad coronam, vel regis prærogativam spectans, quæ regis chartâ subdito alicui non concedi potest *.

§. 15. Jus quod habeo ad rem quam alius possidet tertio donare non possum: possidenti tamen remittere scripto meo, & (ut nostri loquuntur) relaxare possum *h*. Actionem denique quam ad rem aliquam habemus ut suprà diximus, * nemo præter Regem *i* aut regi *k* rectè dat: ei tamen qui nobis obstringitur, eandem acceptam ferre possumus *l*. Revertionem officii, domine reversionis nemo rectè concedit: imo

a *Bract. l. 5. tract. 5. c. 25. Flet. l. 6. c. 48. Sect. cum autem plures v. Dyer. fo. 224. nu. 29.*

b *Tit. 1. b. lib. Sect. 47.*

c *Perkinus tit. Grawnts 52. Plowd. casu Bret. fo. 345.*

d *Perkinus ibidem. nu. 54. Dyer. f. 274. nu. 43.*

* *Cocus l. 1 casu Ar. fo. 66. b.*

e *Dyer fo. 151. nu. 1.*

f *Bract. l. 2. c. 5. nu. 8. 13. 14. Brit. d. c. 34. Flet. l. 3. c. 6. Sect. Res quidem.*

g *Fleta. l. 3. c. 6.* * *v. Kitchinus fo. 30. b.*

h *Perkinus ibidem 85. 86.* * *Sect. 8. supra eodem.*

i *Dyer fo. 30. nu 208.*

k *Brocus chose in action. 4.*

k *Perkinus ubi supra 85. 86.*

nec

a *Dyer fo.* 259. *nu.* 28.

nec ipsius officii nomine quisquam præter regem *a*.

b *Bract. lib.* 2. *c.* 5. *nu.* 8. & 13. *Brit. d.* 34.

§. 16. Ut donatio facta valeat, quædam alia requiruntur. Debet enim esse libera & non coacta, non per vim & metum extorta *b*. Certa etiam res in donatione deduci debet; nam incertæ nulla est donatio, nisi saltem aliquo modo ad certitudinem reduci possit *c*. Item oportet ut certa verba interveniant donationi congrua *d*, sicut stipulationi *e*: & ut tam accipientis quàm dantis concurrat consensus *f*. Præterea ut res in re data non sit *g*; neque fraus *h*, neque præjudicium tertii *i*. Falsa tamen causa donationi adjecta eam non vitiat *k*.

c *Perkinus Grawnts nu.* 1. 18. 86. *Fulb. paral. c. devises f.* 38. *Plowden caſu Reniger fo.* 12. *b.* 13. *a. b.* & *fo.* 6. & 7.

§. 17. Hæc etiam donationum una differentia est, quòd quædam verbo, quædam non nisi scriptis vel facto (ut nostri loquuntur) præstari possint *l*. Catalla autem fere omnia sive personalia, sive realia verbo rectè donantur *m*. Nisi tamen à corpore politico dentur, cujus sigillum omni alienatione est necessarium *n*. Si quis enfeudo militari, & personæ & terrarum custos sit, terrarum custodiam & usumfructum solo verbo ad alium transferre potest: quod etiam personæ vel corpore hæredis aliqui verum esse putant *o*, licèt alii contrà sentiant, quia in possessionis traditione corporis translatio proprie non consistit *p*. Nemo terras quas unas possidet, alterum vel pro vita, vel in perpetuum sine scripto transfert, ad annos tamen hoc rectè fit *q*. Fructus adhuc crescentes nudo verbo conceduntur.

d *Bract.* e *Idem ibidem Dyer.* *fo.* 91. *nu.* 10. & 11. f *Bract. ubi supra nu.* 12. & *Doct.* & *stud. l.* 2. *c.* 33. *Bract. l.* 2. *c.* 5. *nu.* 12. *Fleta. l.* 3. *c.* 7. h *idem ibidem* i *an.* 13 *Eliz. ab c.* 5. k *Flet. l.* 3. *c.* 6. § *fiunt etiam.* l *Bract. l.* 2. *c.* 5. *nu.* 3. m *Perkinus tit. Grawnts* 57. n *Idem. eodem* 60. o *Idem eodem* 60. p *Idem ibidem* q *Idem eodem* 61.

idque

idque per tenentem in tallio, licèt ante eas per donatarium à terra separatas moriatur *a*. Quod omnen secus est in arbore terræ infixa *b*. Et ratio differentiæ hæc forsan est, quia fruges non sine industria hominis excitantur, arbores naturâ crescunt. Tenens tamen in feudo simplici tales arbores solo verbo donat *c*. Quia nimirum latiorem habet potestatem, quàm qui in tallio tenet. Terræ denique & tenementa solo verbo dantur inter vivos *d*, licèt non mortis causâ sine testamento in scriptis *e*.

§. 18. Sine facto, (ut nostri loquuntur) vix dantur jura incorporea, cujusmodi sunt reditus annuus *f*. Communia pasturæ, advocatio, villanus in grosso, atque reversio terrarum post mortem præsenter occupantis *g*. Cujus quoque naturæ decimas esse, aliqui sentiunt *h*. Rectoria tamen cum decimis sine charta recte conceditur *. His quoque addi potest jus tam custodiæ quàm maritagii *i*.

§. 19. Ut donatio suis numeris absoluta sit, traditione vel quasi confirmari debet *k*. Traditio autem vel seisina quot modis fiat, alibi dictum est *l*.

Sect. 20. Donationum mortis causâ sunt tres species: una cùm quis nullo præsentis mortis periculi metu conterritus, sed solâ cogitatione mortalitatis donat. Alia, cùm quis imminenti

a *Idem eodem* 57.
b *Idem eodem* 59.
c *Idem eodem* 58.
d *Idem eodem* 62.
e *Infra de testament. ordinand. in princ.*
f *Dyer fo.* 139. *nu.* 57. *Doct. & stud. l.* 2. *c.* 16. *fo.* 80. *b.*
g *Perkinus Grawnts* 61. *Plowd. casu Throckmorton fo.* 150.
h *Idem ibidem* 62. *Plowden casu Smithe f.* 233. *b.* * *Broke lease, f.* 15. 20. i *Dyer f.* 370. *nu.* 57. k *Bract. l.* 2. *c.* 5. *nu.* 12. & *c.* 17. & 18. *Instit. jur. com. c.* 21. *Litle. l.* 1. *c.* 7. *Fleta l.* 3. *c.* 2. & *c.* 9. *v. Dier. fo.* 49. *nu.* 10. 11. 12. 13. 14. & *fo.* 91. *nu.* 10. 11. l *supra de rerum divisione Sect.* 42. *De possessione vel quasi. v. Flet. l.* 3. *c.* 15. *in prin. Incorporea traduntur visu corporis ad quod spectent Flet. l.* 4. *c.* 18. *Sect Jura siquidem.*

periculo mortis commotus ita donat ut statim fiat accipientis. Tertia, ut si quis commotus periculo non dat ut statim fiat accipientis, sed tum demum cùm mors fuerit insecuta *a*.

a Bract. l. 2. c. 26. in prin. Fleta l. 2. c. 57. in prin.

QUIBUS ALIENARE LICET *vel non licet.*

TIT. VIII.

ARcta est conjunctio hujus tituli cum proximo superiori: ita ut non pauca hîc necessario repetenda sint, de quibus illic locuti sumus. Sed generalius est alienandi quam donandi verbum; ideoque quæ hîc denuo inculcamus, universaliorem hîc quam illic habent usum.

Accidit autem aliquando ut qui dominus rei sit, eam alienare non possit. Antiqua enim monneria Coronæ annexa, Regi non licet alienare; sed omnis Rex coronæ suæ alienata revocare tenetur. Nec obstabit obligatio Warantiæ, nisi per escambium vel aliter ad valentiam in dominico vel servitio: vel saltem ad commodum, honorem regiæ dignitatis, sicuti baroniæ Episcoporum & hujusmodi, fuerint concessâ *b*. Sed hoc jus munificentia Regum nostrorum, seu salutem nimia reipub. Neglectio periculosâ oblivione fere tandem contrivit. Ideoque tam pernicioso malo remedium salubre Jacobus noster piè meditatur.

b Fleta l. 1. c. 8. in prin. Sect. cum quoque quem v. eodem c. 17. Sect. Item quod. c Glanvil. l. 6. c. 3. Brit. c. 34. Fitzh. nat. br. fo. 193. A.

Sect. 1. Maritus quoque neque hæreditatem, neque dotale prædium uxoris eâ invitâ, sic alienare potest, ut ab ea aut ejus hæredibus illo mortuo, non revocetur *c*.

Sect. 2. Illi etiam qui de Rege in capite sive

per servitium militare sive per socagium tenent, sine Regis licentia terras suas impune alienare non possunt *a*. Aliqui tamen tenent talem alienationem emptoris vel feoffato satis esse utilem contra venditorem seu feoffatorem & ejus hæredes, licet Regi præjudicium inde procreari non possit *b*.

Sect. 3. Neque minor *c*, neque furiosus *d*, neque monachus *e*, neque fœmina nupta *f* alienare possunt. Neque villanus res per se acquisitas & per dominum possessas *g*, vel etiam non possessas, si Regis villanus sit *h*.

Sect. 4. Nuperâ etiam inclyti Jacobi nostri constitutione jus vetus quod ad ecclesiæ pene subversionem neglectum jacuit, renovatur, quâ Archiepiscopi & Episcopi feuda ecclesiarum suarum alienare prohibentur *i*.

Sect. 5. Denique qui aliâs alienare possunt, in certis casibus tamen non possunt. Utpote terras aut tenementa corpori politico, sive ecclesiastico illud sit sive sæculare *k*, nisi prius impetratâ Regis veniâ in manum mortuam dimittendi. Et è contra religiosa collegia, quæ per Reges hujus terræ fundata sunt terras suas sine ejus licentia alienare prohibentur *l*.

Sect. 6. Contra quoque accidit aliquando, ut qui dominus non est alienare possit. Creditor enim pignus ex pactione, quamvis ejus ea res non sit, alienare potest: utpote si initio conventum sit ut liceret creditori pignus vendere, nisi pecunia solvatur. Item uxor, apprenticius, seu alius famu-

a *Fitzh. nat. br. fo.* 175. *A. Brocum tit. Alienationem, & Tenure* 69. *& an.* 32. *H.* 8. *c.* 1.
b *Brocus Testaments* 34.
c *Fitzh. nat. br. fo.* 192. *g. n. Perkinum Grawnts* 18. *& 19.*
d *Fitzh. nat. br. fo.* 292. *C.*
e *Perkinus Grawnts* 3.
f *Idem ibidem* 6. *n. n. Brocum executors* 175.
g *Fitzh. nat. br. fo.* 202. *C.*

h *Littletonus l.* 2. *c.* 11. i *c.* 1. *Fac. sect.* 2. *c.* 3. k *An.* 7. *Ed.* 1. *& an.* 18. *Ed.* 2. *c.* 3. *& an.* 15. *Rich.* 2. l *Fitzh. nat. br. fo.* 223. *Q.* l *Westm.* 2. *c.* 41.

a *v. Fitzh. nat. br. fo.* 120. *H. & Brocum tit. Contract.* 37. & 43.

lus, quem mercator in sua officina vel taber ad merces distrahendas constituit *a*, vel cunque alius qui à domino hoc mandatum bet *b*.

b *Novus liber intratio. Trespas in Agistment.* 1. & *ejectione firmæ* 10. c *Plowden casu Walsingham fo.* 553. *a.*

Sect. 7. Etiam aliquando contingit, ut qui lienandi plenam potestatem habeat, non nisi certo modo alienare possit. Rex enim terras que perquirit, nec alienat nisi per specialem lam insinuationem quam recordum appel mus *c*.

PER QUAS PERSONAS NOBIS ACQUIRITUR.

TIT. IX.

d *Hæc confirmantur variis in locis per Bract. sc. lib.* 1. *cap.* 9. *nu* 3. *l.* 1. *c.* 11. *nu.* 12. & *c.* 19. *nu.* 6. & *l.* 3. *tract.* 1. *c.* 2. *nu.* 12.

NUnc per quas personas nobis acquiritur, dendum est. Et sciendum, quòd per n metipsos, & per uxores; per servos sive mas los sive fœminas, & per filios fi ia sque quos in testate nostra habemus, per liberos homines vientes nostros, dum tamen factum eorum cessarium fuerit & approbatum *d*. Et per serv quidem tam illos, qui non sunt in potestate stra quàm qui sunt, dummodò non sint i liena; ita tamen ut nihil inde capiamus, a quam corpora eorum dirationentur. Item servum communem, & tam per alienum q per proprium, quem bonâ fide possidemus: pre cum in quo usumfructum habemus.

Brit. c. 35. & *c.* 38. *Litle. l.* 2. *c.* 11. *Doct. & Stu. l. c.* 8. *l.* 2. *c.* 18. *bis.* e *Flet. l.* 3. *c.* 13. *Sect. si aut servo & c.* 15. *Sect. de minor, & l.* 4. *c.* 11. *Sect. si autem c.* 12. *in princ.*

Sect. 1. Item per procuratores acquirimus, per procuratores, curatores & custodes, qui nomine nostro stipulati sunt, vel in possessione sunt *a*: & hoc verum est etiam in iis qui naturaliter surdi & muti sunt *b*.

Sect. 2. Filii quoque sive filiæ villani sub potestate domini sui sine manumissione in villenagio manentes, si perquisitum fecerint extra villenagium, nullum habent hæredem, nisi dominum suum: dum tamen vel in vita villani in manum suam ceperit illud tenementum, vel post mortem *c*.

a *Bract. l. 2. c. 18. nu. 6. Flet. l. 3. c. 4. Sect. final. & c.* 15. *Sect. de minori.*

b *Idem ibidem.*

c *Bract. l. 4. tract. 3. c. 13. nu. 1. in fine.*

DE TESTAMENTIS ORDINANDIS.

TIT. X.

TErtia species donationis quæ mortis causâ sit, testamentum est *d*. Testamentum autem est voluntatis nostræ sententia de eo quod quis post mortem suam fieri voluit *e*. Est quoque duplex: aut sic propriè aut improprie dictum. Testamentum propriè dictum est illud supremum hominis judicium, in quo ejusdem executor nominatur *f*. Hic enim ejus loco est, qui heres apud Romanos dictus, & quasi basis testamenti est *g*, testatoris statum repræsentans *h*. Testamentum improprie dictum est quælibet alia ultima voluntas, sive sit codicillus, sive mortis causâ donatio, sive epistola *i*. Utrumque autem hoc est

d *Bract. l. 2. c. 26. Flet. l. 2. c. 57. in prin.*

e *l. 1. π de testam.*

f *Brocus Testamens* 20.

g *Swinb. parte* 1. *Sect.* 3. *nu.* 19.

h *Doct. & stud. l. 2. c. 19.*

i *Vultejus in comm. super Instit. tit. de testam. ordinand. in princ. nu* 9. 10. 11.

a *Perkinus sit. Testaments 476.*
b *An. 32. H. 8. c. 1. v. Cocum l. 3. casu Baker fo. 31. b. v. Dyer. fo. 53. nu. 13. & fo. 72. nu. 2. fo. 143. nu. 54. & 55.*
c *Cap. cum esses 10. extra de testamentis.*
d *Bract. l. 2. c. 26. nu. 2. Glanvil. l. 7. c. 6. vid. Dyer. fo. 5. nu. 13.*
e *v. Cocum l. 3. casu Butler. & Ba. fo. 36.*

duplex: scriptum vel nuncupativum *a*. Sed nuncupativum terræ dari non possunt *b*.

Sect. 1. Rigor ille solennitatis, quo Romani in condendis testamentis usi sunt, à jure Canonico pridem delinitus est, quod duos testes coram presbytero parochiali ad testamentum sustinendum vult sufficere *c*. Neque huic quidem Decretali Anglorum consuetudo se astringit: quibus satis est coram duobus liberis hominibus sive clericis sive laicis condi testamentum *d*. Prudentes tamen nostri, homines in testamentis is condendis non nimis securos aut supinos & meritò suadent *e*.

Sect. 2. Imo verò usque adeo fastidiosa illa antiquorum curiositas nobis visa est, ut omnem testamenti probationem idoneam existimemus quæ primæ illi juris gentium simplicitati satisfecit *f*. Neque enim duo testes hodie requiruntur si aliæ sint circumstantiæ, quæ probationem supplent *g*.

Sect. 3. In testibus admittendis vel rejiciendis non multùm à jure civili recedimus. Ut enim hæres illic, sic executor apud nos testis esse nequit. Fœmina tamen admittitur *h*. Neque adeo necesse est ut interrogentur testes ad perhibendum testimonium, nisi tales sint qui aliis exceptionibus removeri possint *i*.

Sect. 4. Testamenta licèt vires à voluntate testatoris præcipuè capiant *k*, executor tamen ad-

f *v. Swinb. parte* 4. *Sect.* 25. g *Hoc non dissimiliter probatur ex Brit.* 28. *fo.* 7. *a. Mes ascun.* &c.
h *Swinb. parte.* 4. *Sect.* 21. i *Idem parte* 1. *Sect.* 10.
k *Perkinus Devises* 555. & *seqq. Plowden. casu Newis fo.* 412. *b.* 413. *a.*

nem contra testatoris debitores non habet, priusquàm testamentum insinuaverit, & ejusdem exequendi authoritatem à Judice ecclesiastico adeptus sit *a*. Atque hoc licèt non ita pridem inductum nonnulli velint *b*: contrarium tamen apertissimè liquet *c*.

Sect. 5. Cùm autem executor Judicem ad testamentum publicandum accesserit, juratus hæc asserit: credere se nimirùm quòd testamentum per se exhibitum est verum atque ultimum testamentum defuncti, deinceps quòd in tempus per Judicem assignandum (nisi jam paratum habeat) justum & fidele inventarium, omnium & singulorum bonorum, quæ defunctus die vitæ & mortis suæ habuit, conficiet & exhibebit: tertiò quòd debita & legata solvet: & rationes justas suæ executionis reddet, quandocunque ad hoc per Judicem requisitus fuerit *d*. Atque his sic peractis eadem persona cum testatore fit *e*, neque solùm omnia quæ testatoris fuerunt rectè vendicat, sed ejus etiam debitis, quoad facultates acceptas obnoxius redditur *f*.

§. 6. Si plures nominentur executores, omnes, si onus subire velint, hoc faciunt: sin velit unus tantùm, hoc unus *h* faciat.

§. 7. Sin verò vel cum ultima voluntate quis, executore minimè nominato, vel etiam omninò intestatus, decesserit, proprior cura Judici ecclesiastico incumbit. Quippe qui omnibus defuncti debitis usque ad bonorum sucrum valorem est obnoxius *i*: & etiam administrationem

a *Perkinus testament.* 482. 484. & 486. *Brocus executors* 49. & 139.
b *Brocus Testaments in ipso fine.*
c *Glanvil l.* 7. *c.* 7. *Bra. l.* 2. *c.* 26. *nu.* 2. *v. Plowden casu Greisbroke fo.* 280. *b. Flet. l.* 2. *c.* 57. *executors.*
d *Lynd. provincial de testamentis c. statutum bonæ memoriæ.*
e *An.* 9. *Ed.* 3. *c.* 3.
f *An.* 13. *Ed. pri. c.* 35. *v. Dyer, fo.* 187. *nu.* 6.
g *Perkinus testaments* 486.
h *An.* 13. *Ed.* 1. *stat.* 2. *c.* 19. *an.* 21. *H.* 8. *c.* 5. *v. Bract. l.* 2. *c.* 26. *nu.* 2. *Glanvil. l.* 7. *c.* 6. *v. Dier. fo.* 232. *nu.* 5. & *fo.* 171. *nu.* 26. *Fitzh. nat. br. fo.* 120. *D.*

bonorum, viduæ aut proximo consanguineo saltem eandem suscipere volenti & tum de fideli administratione, tum de indemnitate ordinarii fidejussores idoneos offerenti, committere tenetur *a*. Hic autem, quisquis sit, jurat (quantum scit aut credit) defunctum cum testamento exhibito (in quo nimirum executor non nominatur, aut nomanatus executionem in se suscipere recusat) aut si is casus sit) prorsùs intestatum decessisse: præterea se justum & fidele inventarium confecturum & exhibiturum: debita defuncti juxta valorem bonorum suorum se persoluturum, & portiones etiam, si quid superfuerit, per Judicem assignandas, liberis defuncti (si quos reliquerit) aut aliis etiam consanguineis, erogaturum: rationes denique justas sui muneris Judici requirenti se redditurum. His sic peractis, se cum idoneis fidejussoribus pro justa bonorum administratione obligat, & ita demum fit administrator *b*, cùm tandem literas administratorias sigillo Ordinarii authentico sigillatas acceperit.

§. 8. Quæstio est, si neque executor neque administrator, propter suspectam hæreditatem, quis esse velit, quid faciendum sit. Et hoc casu Judex bona defuncti sequestrare debet, singulisque creditoribus per edictum convocatis, juxta juris præscriptum, satisfacere *c*.

§. 9. Sed quis hoc casu competens Judex? Regulariter quidem Episcopus ejus diœcesis in qua moritur defunctus. Sunt tamen aliqui tam seculares quàm clerici, qui hoc privilegium seu libertatem (ut nostri loquuntur) præscribunt, aut etiam chartis antiquis concessum habent *d*.

a An. 31. *Ed.* 3. *c.* 11. *b v. Dyer. fo.* 294. *nu.* 7. *fo.* 339. *nu.* 46. *c Argum. Perkin. Testaments* 483. & *Brocus eodem* 20. & *tit. executors.* 90. & 117. *v. nov. term. jur. verbo Administrator. v. Flet. l.* 2. *c.* 62. *Sect. & si debitor. v. Dyer. fo.* 232. *nu.* 5. & *fo.* 256. *nu.* 8. & *fo.* 160. *nu.* 42. *v. Plowden. casu Greisbroke fo.* 277. *a.* & *seqq.* *d Perkinus Testaments* 486. *Lect. & stud. l.* 2. *c.* 28. *Swinb. de testam. parte* 6. *Sect.* 11.

(Re-

(Regulariter) diximus quia hoc verum est, si defunctus bona notabilia non habeat in diversis diœcesibus *a*. Nam & habeat, tum testamenti sui probatio & publicatio ad reverendissimum Archiepiscopum Cantuariensem, vel Eboracensem in provincia Ebora, jure prærogativæ suæ spectat *b*.

§. 10. Cùm etiam Episcopum diœcesis comperentem hîc Judicem dixerimus, hoc de ejus quoque officialibus intelligi volumus, sive sit vicarius generalis, sive commissarius foraneus *c*, sive etiam Archidiaconus qui talem potestatem vel præscriptione vel compositione vendicare potest *d*.

a *Quæ hæc sunt v. Swinb. parte 6. Sect. 11.*

b *Lynd. provinc. c. statut. De testament. Perkinus Testaments* 489. *Statutum an.* 23. *H.* 8. *c.* 9.

c *Brecus Testaments* 12.

d *Idem. ibidem* 35. *& Perkinus Testaments.* 492. 493.

DE MILITARI TESTAmento.

TIT. XI.

NUllum militari testamento privilegium Jus nostrum relinquere potest, quod paganorum ultimis voluntatibus nullum fere negat *e*. Subtilitates enim Romanorum omnes in antiquam Juris gentium fidem dissolvit.

e *Swinb. parte* 1. *Sect.* 19. *& parte* 4. *Sect.* 17. *&* 18.

QUIBUS NON EST PERMISsum facere testamentum.

TIT. XII.

JUre nostro aliqui prohibentur testamentum facere simpliciter, aliqui de certis rebus.

§. 1. Infans prohibetur simpliciter. Sed infantem

a *Swinb. parte* 2. *Sect.* 2. *v. tamen Perkinum Devises.* 503.

tem dupliciter hoc casu accipimus: uno modo masculum qui annum decimum quartum, aut feminam quæ duodecimum non complevit, alio qui vel quæ non vicesimum primum. Illi testari prorsus non possunt *a*; hi de catallis possunt, non tamen de terris quas perpetuo jure tenent *b*; nisi consuetudo loci hoc ferat *c*.

b *An.* 34. *H.* 8. *c.* 5. *Doct. & stud. l.* 1. *c.* 21.

§. 2. Idiota *d*, id est, talis qui de re aliqua facili & vulgari interrogatus aptè respondere non potest *e*, Item servus eâdem causâ, quâ donare inter vivos prohibetur *f*, nihil eorum testamento disponere potest, quorum possessionem

c *Perkinus Devises* 504.

dominus acquisivit *g*, vel solo verbo vendicavit, nisi tamen executor alterius fuerit: quo casu alium, domino suo invito, executorem suum

d *An.* 34. *H.* 8. *c.* 5.

constituere potest. Nam bona vi muneris hujusmodi sibi contingentia, non ad usum suum habet sed alienum *i*. Item captivus: quia is nihil

e *Swinb. parte* 2. *Sect.* 4.

possidet, sed ipse ab alio possidetur *k*. Item deportatus, quem nos exlegem sive utlagatum dicimus *l*.

f *v. supra de donationibus Sect.* 5.

§. 3. Præterea reus læsæ majestatis testamenti factionem non habet: quia si ejus criminis postea convincatur omnia quæ tempore criminis commissi possedit vel quasi, Regi & fisco forisfacit *m*. Neque feloniæ reus: Quod tamen sine distinctione non procedit. Nam talis si moriatur ante convictionem, tam terras quàm catalla testamento dare potest, Aut etiam si cùm pro tribunali

g *Perkinus Grawnts* 29. *Doct. & stud. l.* 2. *c.* 43

sistatur, juxta formam regni præscriptam se Dei

h *Brocus villein.* 50.

atque patriæ examini committere recusaverit,

i *Idem ibidem* 68. & 73. k *Bract. l.* 2. *c.* 16. *nu.* 5. l *Bract. l.* 3. *tract.* 2. *c* 13. *Doct. & stud. l.* 2. *c.* 6. & *l.* 2. *c.* 3. m *An.* 5. *Ed.* 6. *c.* 11. *Swinb. parte* 2. *Sect.* 12. *v. an.* 1. *R.* 3. *c.* 3.

aut

aut mutus steterit : Hoc casu terras vel hæredibus suis proximis ab intestato : vel testatus quibus videbitur, suas reservat, & solis catallis suis excidit, porro si condemnetur, terras à crimine perpetrato, catalla à convictione perdit, ita ut ante convictionem illa donare, aut aliter alienare pro suo arbitrio possit *a*.

§. 4. Ille qui sibi ipsi mortem sponte consciscit, felo de se à nostris vocatur, & successorem non habet in catallis suis præter fiscum *b*. Verùm utrùm hodie terras amittat per aliquos dubitatur *c*. Catalla tamen fisco cedere nemo dubitat *d*.

§. 5. Hereticus jure veteri nostro testari non potuit *e*. Sed constitutio quâ hoc decretum est, abrogatur *f*. Ita ut hîc nihil fixum habeamus quod à jure Canonico non accepimus.

§. 6. Manifestus usurarius, si ultra decimam pro anno acceperit, omnibus pœnis à jure Canonico inflictis obnoxius relinquitur *g*. Itaque neque testari posse videtur *h*.

§. 7. Simpliciter prohibetur uxor terras hæreditarias ultimâ voluntate suâ disponere *i*. Bona etiam & catalla sine licentia viri sui *k*. Nisi tamen executrix prioris mariti aut cujusquam alterius fuerat, priusquam huic viro nuberet : vel actionem prius acquisitam habeat ad aliquam pecuniæ summam quæ adhuc soluta non est. His enim casibus bona quæ ex causâ ejus muneris sibi contigerunt, aut etiam prædictæ actionis jure debentur, legare potest, & vel virum suum vel quemlibet alium executorem suum consti-

a *Swinb. parte* 2. *sect.* 13. *Brocus Forfeitures.* 5. 28. 65. 89. 103. 113. 117. *v. supra de donatio. sect.* 7.

b *Bract. l.* 3. *tract.* 2. *c.* 71.

c *stawnf. pla. cor. l.* 1. *c.* 3. *lib.* 4. *tit.* 18. *sect.* 16.

d *v. Infra de publ. judiciis sect. sed est & murdrum.*

e *An.* 2. *H.* 5. *c.* 7.

f *An.* 1. *Ed.* 6. *c.* 12.

g *An.* 13. *Elizab. c.* 8.

h *swinb. parte* 2. *sect.* 16. i *An.* 34. *H.* 8. *c.* 5. k *swinb. parte* 2. *sect.* 9. *Bract. l.* 2. *c.* 26. *nu.* 1. *in fin. Cocus l.* 4. *casu Ognel. fo.* 51. *b.*

tuere

tuerer *a*. Si tamen Bractono credimus receptum est, quòd uxor quandocunque testamentum facere possit de rationabili parte, quam habitura esset, si virum supervixisset: & maxime de rebus datis sibi & concessis ad ornamentum, quæ sua propria dici poterunt: sicut de robis & jocalibus *b*. Verùm hoc jus aut consuetudinarium alicujus loci videtur, aut jam pridem evanuisse.

§. 8. Denique religionem ingressi testamentum facere nequeunt: Nam in bona de quibus ante ingressum nihil statuerunt, proximi consanguinei statim succedunt, ac si ab intestato decessissent *c*. Ecclesiasticorum secularium alia causa est: quorum bona consuetudine Angliæ laica reputantur, sive ab ecclesia sive aliunde perquisita fuerint *d*. Etiam fruges in gleba satæ & non dum perceptæ *e*.

§. 9. Rex, utcunque aliàs testabilis, non potest regnum aut bona regni, id est, coronam & antiqua ejus jocalia testamento suo cuiquam relinquere *f*.

§. 10. Episcopus aut abbas, quia eorum baroniæ sunt de eleemosyna Regis & antecessorum ejus, non possunt de dominicis suis aliquam partem dare ad remanentiam sine assensu & confirmatione domini Regis *g*.

Sect. 11. Item Episcopus, Decanus, & magister fraternitatis alicujus testamentum facere de illis bonis prohibentur, quæ sibi cum capitulo vel societate communia sunt *h*.

a *Brocus Testaments* 9. 11. 13. & *executors.* 132. 175. 178. *Glanvil l.* 7. *c.* 5. *Perkinus Devises* 502.

b *l.* 2. *c.* 26. *nu.* 1. *in finem v. Fitzh. nat. br. in brevi de rationabili parte bonorum f.* 122. *Fleta. l.* 2. *c.* 57. *sect. si autem.*

c *Brocus Testaments* 9.

d *Doct. & stud. l.* 2. *c.* 39.

e *An.* 28. *H.* 8. *c.* 11.

f *Fitzh. Abridgment tit. Devise.* 5 & *executors.* 108. *post quem Swinb. parte* 2. *sect.* 28.

g *Glanvil. l.* 7. *c.* 1. *in fine.*

h *Doct. & stud. l.* 2. *c.* 39. *vit. Bract. l.* 2. *c.* 14. *Perkin. Devises* 469. 497. 499.

DE

DE EXHÆREDATIONE LIberorum.

TIT. XIII.

EXpreſſam illam liberorum exhæredationem, cui leges Romanæ cives illius civitatis aſtrinxerunt, jus noſtrum paterno amori remittit, quem præſumit naturam tam firmiter omnium animis inſculpſiſſe, ut niſi turpiſſimis liberorum moribus eradicari non poſſit. Omnes itaque non ſolùm mobilium, ſed etiam immobilium ſuorum liberam habent diſpoſitionem, idque tam perquiſitorum quàm ab anteceſſoribus deſcendentium uſque ad certum modum, niſi feudum talliatum fuerit. De hoc enim non niſi tali diſſolutione per finem, aut recuperatione prius impetratâ noſtri diſponunt *a*.

Sect. 1. Veteres tamen juris noſtri ſcriptores, patribus hæreditatem ab anteceſſoribus ſuis acceptam, cuiquam præter proximum hæredem teſtamento relinquere, vix permiſſum aſſerunt. Quo etiam nomine æris alieni à parte contracti onus in hæredem conjici volunt *b*. Sed poſteriora tempora modum ſatis idoneum huic neceſſitati adhibuiſſe videntur *c*. Ideoque hæres ad anteceſſoris ſui æs alienum diſſolvendum hodie non tenetur, niſi in contractus inſtrumento ſpecialiter recenſeatur, & hæreditatem ſatis ad hoc locupletem inveniat.

Sect. 2. Catalla ſic diſtribuenda cenſet Bractonus *d*, ut debitis defuncti, ſi quæ ſint, ſolutis, quæ ſuperſunt in tres partes dividantur: quarum una pueris, ſecunda uxori, tertia libertati teſtatoris relinquatur. Si pueri non ſint, tum una media-

tas

a *An.* 4. *H.* 7. *c.* 24. & *an.* 32. *H.* 8. *c.* 6. *v. Plowd. caſu Stoel & Zouch. & Cocum vol.* 3. *in caſu finium.*

b *Glanvil. l.* 6. *c.* 17. & 18. & *l.* 7. 1. *v. etiam Bract. l.* 2. *c.* 26. *nu.* 1. & *Brit. c.* 34.

c *An.* 32. *H.* 8. *c.* 1.

d *l.* 2. *c.* 26. *nu.* 1. *v. etiam Glanvil l.* 7. *c.* 8. *v. Plowden caſu Bracebridge. f.* 418. *b.*

tas defuncto, altera uxori reservatur. Si non uxori; tum una pueris, altera defuncto. Sed hoc consilium potius videtur quàm præceptum. Nam non ita multo post in eodem loco dicit, neque uxorem neque liberos amplius capere debere de bonis defuncti patris vel viri mobilibus, quàm fuerit eis specialiter relictum, nisi hoc sit de speciali gratia: utpote si bene meriti in ejus vita fuerint. Rationem adhibet: quia nimirum vix inveniretur civis aliquis qui magnum quæstum faceret, si in morte sua pueris indoctis & luxuriosis vel uxori malè meritæ relinquere cogeretur. Et ideo necessarium est valde, ut illis in hac parte libera facultas tribuatur. Per hoc enim tollent maleficium, animabunt ad virturem, & tam uxoribus quàm liberis benefaciendi dabunt occasionem. Quod quidem non fieret, si se scirent indubitanter certam partem obtenturos, etiam sine testatoris voluntate.

a *Justitut. de testament ordinand.*

b *Glanvil. l. 7. c. 1. Bract. l. 2. c. 33. nu. 3. Brit. c. 118. & 119.*

c *Brit. ubi supra & Britt. quoque.*

d *Brit. ubi supra.*

DE HÆREDIBUS INSTITUENDIS.

TIT. XIV.

HÆredem juris civilis & nostri antistites diversis modis accipiunt. Illi enim hæredem eum dicunt, quem testator in suo testamento nominaverit *a*: hi eum qui defuncto proximus est consanguineus, ad quem feudum de jure post antecessoris decessum spectat *b*. Ita ut non hominem sed deum hæredes facere asserant *c*, & hæredem dici ab hæreditate, in quam jure sanguinis succedit *d*. Hereditatem autem nostri non universum jus defuncti, sed feudum tan-

tantùm appellant, ſeu ſaltem eas terras, tenementa, & illa ſive corporalia ſive incorporalia quæ perpetuo jure defunctus tenuit *a*. Hæredem itaque neceſſitas quodam modo conſtituit, qui ut in rebus prædictis anteceſſori ſuo vel invito ſuccedere ſolet: ſic etiam æs alienum ab eo contractum, ſi catalla ad hoc non ſufficerent, liberare tenebatur *b*: quemadmodum & ſupra aliqua ex parte oſtendimus *c*.

§. 1. Hæres itaque non in univerſum jus defuncti apud nos, ſed in feudum tantùm aliâs non utiliter legatum ſuccedit. Ad catallorum ſuorum diſpoſitionem homines pro arbitrio ſuo executores nominant *d*, qui pro illa parte patrimonii hæredis locum occupant, & perſonam defuncti ſubeunt, ſi ſaltem onus delatum in ſe ſuſcipiant *e*. Ita ut bona omnia aliter non legata ſibi acquirant *f*, atque viduæ teſtatoris veſtes auferre poſſint, ſi delicatioribus aut ſumptuoſioribus utatur, quàm viri conditio ferebat *g*.

§. 2. Executor autem poteſt conſtitui vel ſimpliciter vel ſub conditione *h*: & vel à certo tempore vel poſt certum tempus *i*: & vel univerſaliter vel particulariter *k*: & in primo gradu vel ſequenti per ſubſtitutionem *l*: & vel unus vel plures *m*.

§. 3. Executores autem conſtitui poſſunt illi quos teſtator elegerit, ſive ſint extranei ſive parentes, propinqui vel remoti *n*: imo non ſo-

a *Iiſdem ubi ſupra.*
b *Glanvil. l. 7. c. 7.*
Bract. l. 2. c. 26. nu. 1.
c. *Titulo 12. bujus l. Sect. 1.*
d *Glanvil. l. 7. c. 6.*
Bract. ubi ſupra.
Doct. & ſtud. l. 2. c. 10. Term. jur. verbo executor.
e *Brocus executors 5. 21. 22. 57. 84. 97. 122.*
f *Plowd. caſu Paramour fo. 943. b.*
g *Brocus executors 19.*

h *Brous executors* 9. & 155. *Adminiſtrators* 1. & 45. i *Brocus executors* 155. k *Brocus ibidem* 2. & 155. *v. Dier. fo.* 3. 4. *nu.* 7. & 8. l *Idem ibidem.* m *Idem ibidem.* 13. 24. 38. 117. 177. n *Bract. l.* 2. *c.* 26. *nu.* 2.

lùm

a *Litleton l.* 2. *c.* 11. *Brocus villeins* 68.

lùm qui liberi sunt sed etiam servi, sive nostri sive alieni *a*: neque laici solùm, sed etiam clerici & religiosi *b*. Quod tamen procedere videtur, si venia à superiori impetraverint *c*. Porro fœminæ *d* & infantes *e*. Denique omnes qui jure expresse non prohibentur *f*.

b *Brocus eodem* 68. 77.

c *Fitzh. abridgment tit. executors* 47.

§. 4. Nemo tamen invitus cogitur ad hoc munus, quin qui velit, recusare possit. Et qui semel recusavit, postea nihilominus idem in se susceipere poterit *g*: si tamen vivo suo coexecutore hoc fecerit juxta aliquorum judicium non postea *h*. Munere autem semel susceipto semper tenetur: quod factum videtur, quàm primùm bona aliqua testatoris hoc nomine assecutus fuerit *i*.

d *Brocus tit. executors passim.*

e *Idem ibidem* 15.

f *Glanvil. l.* 7. *c.* 6.

g *Brocus executors.* 38. 117. *Park. devises* 485.

Sect. 5. Si quis executorum constituat, qui ante probatum testamentum diem obit, bonorum administratio viduæ vel proximis testatoris consanguineis ab ordinario tanquam in causa intestati committenda est, qui bona defuncti juxta testamenti tabulas disponat: nisi tamen residuum bonorum, post distractum æs alienum & legata soluta, illi legatum fuerat: quo casu executores ejus administrationem cum testamento annexo recte vendicant *k*.

h *Dier. fo.* 160. *nu.* 42.

i *Dyer. fo.* 166. *nu.* 10. 11.

k *Lyer. fo.* 372. *nu.* 8.

DE VULGARI SUBSTITUtione.

TIT. XV.

SUbstitutio apud nostros non levem habet usum, in qua tamen fere juris civilis scita amplectimur. Feuda tantùm militaria quæ possidemus non tam libere testamentis nostris disponere

ponere possumus, quin trientem hæredi nostro relinquere teneamur *a*. At quæ per focagium, saltem non talliata *b*, aut particulari alicui consuetudini astricta *c*, cuicunque sive propinquo sive extraneo legare possumus *d*, dummodo nullas alias terras in capite per servitium militare teneamus, atque utroque casu sive vulgariter sive pupillariter substituere. Substitutio autem hîc nihil aliud est, quam conditionis ejus adjectio, quam vulgo (tallium) dicimus: limitatio nimirum hæredum, quibus terras legatas à legatario nostro descendere, vel remanere, vel saltem ad nos & hæredes nostros reverti volumus.

a *An.* 32. *H.* 8. *c.* 1. *v. Glanvil. l.* 7. *c.* 3.
b *Bract. l.* 2. *c.* 30.
c *Glanvil. l.* 7. *c.* 3.
d *d. Statuto an.* 32. *H.* 8. *c.* 1.

§. 1. Hæc tamen substitutio non eadem est cum illa Romanorum, quia illa hanc conditionem annexam habet: Titium hæredem instituo: quòd si ille hæres non erit, tum Sempronius hæres esto *e*. Hæc autem nostræ non astringitur, sed legatario contraria tacitè potius inponitur: talis nimirum: Titio do lego tale feudum, & si ille idem acceperit, tum volo ut talis aut talis ei hæres sit, vel succedat *f*.

e *Institut. eodem in prin.*
f *v. Westm.* 2. *c.* 1. *an.* 13. *Ed. pri. v. Doct. & stu. l.* 1. *c.* 24.

§. 2. Simili modo si legatum quodcunque cuiquam sub conditione relinquamus, ei ob defectum conditionis adjectæ substituere possumus. Exempli causâ: Titio centum do lego quando uxorem duxerit, aut si filium è filia mea legitime procreaverit: si uxorem non duxerit, aut si filium è filia mea non legitime procreaverit, tum Sempronio dicta centum do lego *g*.

g *v. Infra. de legatis Sect.* 29.

DE SUBSTITUTIONE PUpillari.

TIT. XVI.

PAtriam potestatem in hac substitutione nos non tam respicimus, quàm testatoris libertatem. Ita ut sive liberis sive etiam extraneis legatariis qui infra ætatem sunt, pupillariter substituí possit. Sic viz. Titio filio sive meo sive alieno centum do lego, cùm ad pubertatem pervenerit; & si prius moriatur, tum Sempronio dicta centum do lego. Sed quia testamentariæ causæ in foro ecclesiastico, & ex juris civilis pontificiique præscripto apud nos maxima pro parte judicantur, ideo totam hanc materiam & alias hujusmodi jus nostrum quasi sicco pede præterit, & juri civili pontificioque disceptandas relinquit.

a *Bract. l. 2. c. 26. nu. 2.*

b *Tit. 12. hujus libri.*

QUIBUS MODIS TESTAMENta infirmantur.

TIT. XVII.

TEstamenta ab initio juste non fiunt ab iis quibus non est permissum facere testamentum: ii qui sunt, suprà diximus *b*. Posteriori testamento quoque rumpuntur *c*, vel etiam maximâ capitis diminutione infirmantur: utpote si quis post testamentum conditum læsæ majestatis aut feloniæ condemnetur *d*, aut si testator testamentum revocet, aut executore quem nominavit, destituatur *e*.

c *Perkinus Testam. 476. 479. & 480. Fulb. paral. Devis. fo. 43. à. b.*

d *Stawnf. pla. coro. l. 3. c. 20. quem etiam v. c. 32.*

e *Brocus executors passim.*

§. 1. Sed ponamus Titium duo fecisse testamenta;

menta, unum anno sexto, alterum octavo Reginæ Elizabethæ: tandem eum acri morbo correptum esse, ita ut eloqui non possit: accedere autem ad eum Sempronium familiarem suum, qui illi utrumque testamentum in manum dat, jubetque ut illud tetradat, quod pro supremo judicio suo haberi vult: Titium autem retradere testamentum anno sexto conditum. Hoc casu testamentum retraditum posterius erit *a*.

a *Perkins Testaments* 479.

§. Fit etiam quandoque, ut voluntas hominis, quæ jure civili ambulatoria est usque ad mortem *b*, propter præjudicium alterius contrahentis unde testamentum descendet, apud nos mutari non possit. Exempli causa: Titius possidet quasdam terras in feudo (ut nostri loquuntur) quas Sempronio sub hac conditione alienat, ut illius sint ad terminum vitæ suæ, sed ad usum dicti Titii, deinceps ut Selo & ejus hæredibus perpetuo remaneant: & super hoc ultimam voluntatem suam post datam Sempronio possessionem declarat. Hæc voluntas (saltem quatenus ad hanc alienationem attinet *c*) posteriori aliquâ tempi non potest. Ratio est, quia usus dictarum terrarum statim ad Seium spectat, cui remanentia earum modo supradicto transfertur, ita ut statim si velit, eandem vendere possit *d*.

b *l. In ipsius Cofam ercisc. & l. omium* 19. *C. de Testamentis.*

c *v. Dyer. f.* 48 *nu.* 12.

d *Perkins Testaments nu.* 480. *v. Dyer. fo.* 325. *nu.* 37.

DE INOFFICIOSO TESTAMENTO.

TIT. XVIII.

Inofficiosi testamenti querela apud nostros non auditur: nam de feudis militaribus, nisi pater extra manes inter vivos vel mortis causâ donationes

a *An.* 32. *H.* 8. *c.* 1.
b *Bract. l.* 2. *c.* 39. *nu.* 2.
c *Bract. ibidem v. infra tit. de legat. Sect.* 5.
d *Glanvil l.* 7. *c.* 5. & 7. *Bract. l.* 2. *c.* 26. *nu.* 2.
e *Idem ibidem.*
f *Registrum originale fo.* 142. *b. Fitzh. nat. br. fo.* 122. *L.*
g *v. Supra de exhæredatione liberorum Sect.* 2.
h *Supra tit.* 14. *in prin.*
i *Glanvil. l.* 7. *c.* 1.
k *An.* 32. *H.* 8. *c.* 1.
l *Bract l.* 2. *c.* 6. *nu.* 2.

tiones statuto comprehensas trientem legitimo hæredi relinquat, testamentum in hac parte irritum est *a*: ita ut hæres nihilominus possessionem inde capere possit, aut etiam legatarium, si prius eam adeptus sit, continuo per se ejicere *b*, vel postea per Judicem removere *b*.

§. 1. In catallorum dispositione variæ diversorum locorum videntur esse consuetudines, quarum apud veteres juris nostri scriptores haud obscura vestigia permanent *d*. Sed de jure communi voluntas horum distribuendorum testatori semper libera fuit *e*. Quare breve illud de rationabili parte bonorum, quod tam uxori quàm liberis ad partem aliquam bonorum paternorum recuperandum contra executores jacet *f*, non generale est, sud certis comitatibus peculiare, quorum consuetudo postulat, ære alieno deducto, quod reliquum est in partes dividatur, una uxori, altera liberis, tertia testatoris arbitrio relinquenda *g*.

DE HÆREDUM QUALITATE & differentia.

TIT. XIX.

HÆredes, ut à nostris quoque accipiuntur *h*, fuerunt olim necessarii quoad hæreditatem à majoribus per proximum antecessorem deductam & derivatam *i*. (Sicut etiam & hodie sunt quoad partem *k*) idque non solùm ut in feudo succederent, sed etiam antecessoris sui æs alienum distraherent *l*: etiam warantiis, id est, de evincendo cautionibus, quas ille vel alii majores in terris aliquibus vendendis alicui spoponderunt,

runt, obnoxii perpetuò & obligari essent.

§. 1. Quia autem constat quod liberi naturales & legitimi vocantur præ aliis ad successionem, non est inutile videre statum & differentiam liberorum: quæ quidem multiplex est. Liberorum enim quidam sunt naturales & legitimi: legitimorum & naturalium sunt aliqui filii & hæredes, aliqui filii & non hæredes: aliqui etiam patrum suorum hæredes, aliqui matrum: aliqui & patrum & matrum. Aliqui etiam non sunt hæredes licèt & legitimi & naturales sint. Aliqui insuper incipiunt esse hæredes, aliqui esse hæredes per casum cessant. Naturalium autem & legitimorum aliqui propinqui, & aliqui propinquiores: aliqui etiam remoti, aliqui remotiores *a*. Sed de his infra *b*.

a *Bract. l. 2. c. 29. 30. & c. Brit. c. 118. v. Cocum l. 3. casu Ratclife. f. 40. 41. 42. Plowd. casu Remiger f. 28. a. Flet. l. 6. c. 1. Sect. Liberorum & seqq.*

b *Tit. de gradibus cognationum.*

c *Bract. l. 2. c. 21. nu. 1.*

DE LEGATIS.

TIT. XX.

DOnatio mortis causâ est, cùm testator rem legatam seipsum magis habere voluerit, quàm eum cui legata fuerit, & eum cui legata est magis quàm hæredem suum *c*.

§. 1. Jus commune causas testamentarias licet maximâ pro parte foro ecclesiastico secundùm regulas juris civilis & canonici judicandas reliquerit: peculiaria tamen quædam de terris, catallis realibus & rebus soli statuit, quæ ad suum quasi tribunal dirimenda advocavit. Ea nos quantâ possumus brevitate perstringemus.

§. 2. Primò legare omnes possunt, quibus fas est testamentum facere. Illi qui sunt, supra do-

cuimus *a*. Terras tamen aut tenementa nemo rectè legat, qui tempore conditi testamenti in earum possessione non est *b*. Quod ita verum videtur, si neque alius ejus jure seu nomine possideat. Reversionem enim quis rectè legat *c*.

§. 3. Legatorum capaces etiam sunt omnes, quos jus specialiter non excipit. Hi sunt religionem ingressi *d*, quique adhuc existentiam nullam habent, licèt postea futuri: quemadmodum si quis legaverit tali collegio vel Cantuariæ, quale nullum est tempore mortis testatoris, sed postea extruitur *e*. Posthumus verò in favorem testamentorum, licèt in utero matris, existere intelligitur *f*.

§. 4. Vir autem licèt uxori inter vivos donare non possit, quia eadem persona, durante matrimonio, uterque judicatur: ei tamen terras testamento suo rectè dat legat, quia legata ante mortem testatoris, quâ hæc conjunctio dissolvitur, effectum non capiunt *g*.

§. 5. Incertæ personæ etiam rectè legatur, quæ postea certa reddi potest. Annus reditus Titio ad vitam suam, & post ejus mortem ei qui primus Divi Pauli templum mane ingreditur, & hæredibus suis legatur. Sempronius mane templum ante omnes ingreditur: hoc legatum tam Titio, quàm Sempronio & hæredibus suis utile erit *h*.

§. 6. Corpus politicum, nisi per chartam Regiam perquirendi licentiam concessam habeat, feudum legatum ad usum suum acquirere non potest *i*.

§. 7. Veteri jure nostro feuda legari testa-

a *Tit.* 12. *hujus libri.*
b *Fulb. paral. c. divises. f.* 37. *a.* & *stat. an.* 32. & 34. *H.* 8.
c *Infra tit.* 20. *nu. libri. Sect.* 31.
d *Perkinus tit. deviſes.* 566. & 577.
e *Perkinus deviſes* 505. *Fulb. paral. Deviſes. f.* 35. *b.*
f *Nov. term. jur. verbo. deviſe.*
g *Fulb. paral. Deviſes fo.* 36. *a.*
h *Fulb. eodem f.* 36. *a.*
i *Perkinus tit. Deviſes* 505.

mento

mento prorsus non potuerunt *a*, sed ad proximos hæredes necessariò descendebant *b*, nisi contra jus communè particularis consuetudo civitatis aut municipii alicujus hoc ferret *c*, aut saltem hæres tali legato consensum suum præberet. Quisquis itaque terras testamento suo ad alium derivari voluit, primò aliquem in eis feoffavit ad usum tamen suum & hæredum suorum *d*: atque ita usum dictarum terrarum, licèt non ipsas terras alicui tertio legare potuit *e*. Sed huic incommodo vel jejuno potius frigidoque commento posteritas medicinam adhibuit, effecitque ut non usus tantùm, sed & ipsæ terræ, cum quadam tamen moderatione testamento transferri possint *f*. Nam feudi militaris trientem hæredi adhuc relinquere tenemur: & testamento nuncupativo, quia hic multum præjudicii versatur, terras legare non permittimur *g*.

§. 8. Si vir & uxor conjunctim terras perquirant sibi & hæredibus viri: & vir eas extraneo post obitum sui & uxoris legaverit, utiliter quidem legat. Nam vir hoc casu feudum simplex habet *h*.

§. 9. Si duorum tenentium conjunctorum in feudo simplici, ubi terræ & tenementa per consuetudinem loci testamento dari possunt, alter jus suum tertio cuiquam legaverit, hoc legatum prorsus inutile est. Nam cùm testamentum ante mortem testatoris vires non capiat, conjuncti tenentis jus eodem momento quo spiritum ultimum exhalat, ad socium suum jure

a *Perkinus Deuises* 537. *cujus juris ratio est apud Brit. c.* 34. *v. an.* 27. *H.* 8. *c.* 10. *Doct. & stud. l.* 1. *c.* 7. *& c.* 20. *Dyer f.* 74. *nu.* 14.

b *Glanvil. l.* 7. *c.* 1. *Bract. l.* 2. *c.* 26. *Dyer. f.* 127. *nu.* 54.

c *Litle. l.* 2. *c.* 10. *Fitzh. nat. br. fo.* 198. *L.*

d *v. Perkinum Deuises* 528.

e *Idem ibidem* 497.

f *An.* 32. *H.* 8. *c.* 1. *Brocus Testaments* 19. *Swinb. parte* 3. *Sect.* 4. *v. Cocum Butler fo.* 30. *a.*

g *v. Supra tit.* 10. *hujus lib. in princ. v. Dyer. fo.* 155. *nu.* 21.

h *Perkinus Deuises* 539.

a Inſtit. jurcon. c. 15.
b Ibidem. v. differentiam participum & tenentium conjunct. infra l. 3. *de ſocietate.*
c Perkinus Deviſes, 422. 541. 540. *& ſeqq. v. etiam ſtat. an.* 21. *H.* 8. *c.* 4.
d Fulb. paral. c. deviſe. fo. 40. *b. Plowd. caſu welkden fo.* 523. *b.*
e Dier, fo. 371. *nu.* 7.

non decreſcendi transfertur *a*. Quod tamen in participibus aliter ſe habet: quia nimirum participes jure ſanguinis & hæreditatis terras aſſequuntur, non beneficio donatoris, ut tenentes conjuncti *b*.

§. 10. Poteſt quoque quis teſtamento conſtituere, ut executores ſui terras ejus quas in fundo tenet & legare poteſt, vendant, & commodum inde proveniens in pias cauſas aut animæ ſuæ ſalutem diſtribuant *c*. Sed ſi illi intra biennium teſtatoris mandatum non impleverint, hæres in eaſdem ingredi, eoſque ejicere poteſt *d*.

§. 11. Titius terras quas in feudo ſimplici tenet per ſocagium, uxori ſuæ dat quàm diu vixerit, & earum remanentiam Sempronio fratris ſui filio ejuſque hæredibus maſculis de corpore ſuo procreandis. Et ſi contingat dictum Sempronium ſine hæredibus de corpore ſuo procreatis decedere (maſculos neque expreſſe nec implicite innuendo) tum dictam remanentiam Mævio alii adgnato ſuo ſuiſque hæredibus maſculis in feudo ſimplici dat legat: & ob defectum hæredum maſculorum à dicto Mævio ſuſcitandorum, proximis hæredibus maſculis ab illa ſtirpe legitimo procreandis dictas terras relinquit. Sempronius uniçâ filia Arethuſâ relictâ, moritur. Dubium ſuboritur an Arethuſa in dictis terris vi verborum prædictorum (*ſi contingat &c.*) ſucceſſura ſit, an hæres aliquis maſculus gradu remotior. Dijudicatur autem verba illa non generale tallium hæredibus Sempronii inducere, aut efficere quo minus terræ legatæ hæredibus maſculis ſpecialiter annexæ permaneant *e*.

§. 12. Catalla cujuſcunque generis, ſive perſonale

sonalia nimirum sive realia legari possunt *a*. Itaque commodum quod è custodia vel hæredis vel etiam terrarum provenit *b*, conductio (quam lessam ad terminum annorum dicimus) equi, boves, oves, aurum, argentum tam factum vel signatum quàm non, annuli electi, vasa quæcunque sine discrimine legantur *c*: nisi tamen testator conjunctim & pro indiviso cum alio mortis suæ tempore possideat *d*, aut nisi feudo liberove tenemento sic affixa sint, ut sine ejus damno avelli nequeant, sed pars ejus reputentur *e*.

§. 13. Denarii quoque qui sub conditione debentur, utiliter legantur, nam postea executoribus soluti legatario cedunt *f*.

§. 14. Etiam catalla, quæ jure uxoris nostræ possidemus, ut conductiones sive lessas ad terminum annorum, aut similia, legare possumus *g*.

§. 15. Res quoque incerta rectè legari videtur, dummodo per legatarium certa reddi possit *b*.

Sect. 16. In frugibus per terrarum possessores satis, nec dum à solo separatis nostri Jurisperiti variè juxta specierum diversitatem statuerunt. Exempli causâ, mulier in dotem tenens semen tem facit, & ante messem moritur: fruges nondum maturas legare potest *i*. Quod etiam verum est in terris quas dotis nomine cum alio conjunctim & pro indiviso tenet *k*.

Sect. 17. Si tamen præter modum per custodem hæredis dotata sit, & sic moriatur ut fruges crescentes reliquerit, per hæredem interim maturitatem ætatis assecutum ejus executores ejici

a *v. Perkinum Devises* 511. & *seqq.*
b *Flet. l.* 1. *c.* 11.
c *Perkinus eodem* 525.
d *Doct. & stud. l.* 1. *c.* 6. *Litl. l.* 3. *c.* 3.
e *Brocus executors.* 65.
f *Perkinus ubi supra* & 527.
g *Perkinus Devises.* 560.
h *Fulb. paral. f.* 38. *b.*
i *Perkinus Devises* 521. & *statut. Merton. c.* 2. *an.* 20. *H.* 3. *Flet. l.* 2. *c.* 57. *Sect. mulier* & *Sect. provisum est.*

k *Perkinus eodem* 523. *Fulb. paral. Devises fo.* 38. *a.*

pos-

a *Perkinus Devises.* 524. possunt a impediri quo minus eas capiant *a*. Item si hæres ad ætatem perveniens contra matrem vel novercam vel aliam quamcunque antecessoris sui viduam per breve de admensuratione dotis terras recuperaverit : recuperatas pariter cum frugibus obtinet, & eas legare potest *b*.

b *Idem ibidem.*

Sect. 18. Si quis etiam per consuetudinem Angliæ terras tenens eas alii locaverit & moriatur : conductor fruges licèt adhuc non maturas percipiet, & interim fato cedens easdem legare

c *Perk. ibidem* 514. potest *c*. Quod jus rectori ecclesiæ quoque in frugibus glebæ suæ competit *d*.

d *An.* 28. *H.* 8. *c.* 11.

Sect. 19. Præterea terras jure uxoris possidens uxore post sparsas fruges decedente, eas lucratur

e *Perkinus Devises.* 518. *v. Litle. l.* 1. *c.* 8. *in prin.* & utiliter legat *e*. Quod etiam in conductore tenet, si hoc modo tenens terras alii locaverit *f*.

Sect. 20. Obligatio, quam scriptum de statuto mercatorio dicimus, executioni super manerio quodam debitoris mandatur : creditor terras

f *Perkinus ibidem.* 513. *Fulb. paral. fo.* 37. *b.* ferit : & ante messem tenens aliquis dicti manerii diem obit, cujus hæres infra ætatem est, ita ut ejus custodia integro debito sufficiat. Hoc non obstabit, quo minus fruges immaturas legare quoque possit *g*.

g *Eodem* 516.

Sect. 21. Sed terras in vadium mortuum quis

h *Perkinus eodem* 516. obligat, & solutâ ad diem pecuniâ eas liberat : creditor fruges interim satas & non perceptas (licèt aliqui contra sentiant) legare posse videtur *h*.

i *Perkinus Devises* 520. *Fulb. paral. c. Devises fo.* 37. *b.*

Sect. 22. Tenens in tallio terras talliatas alii locat, quas conductor serit : hæres per breve de forma donationis in descensu recuperat, & ante fruges perceptas mortem obit : eas aliquorum judicio, quamvis aliis contradicentibus, testamento suo rectè legat *i*.

Sect. 23. Quidam

§. 23. Quidam feudum possidens moritur, filiam unicam & uxorem gravidam relinquens: filia feudi possionem aggreditur, & agris semina mandat: ante fruges maturas nascitur matri filius, ad cujus usum propinquus aliquis amicus feudi possessionem acquirit: filia hoc casu fruges legare potest *a*. Sed ponamus matrem ante natum filium dotem contra filiam obtinuisse, & eam partem vicecomitis assignatione cepisse, quam filia seminaverat: certe segetem legare potest. Sed hoc tamen sine controversia non procedit *b*.

a *Perkinus eodem* 521. *Fulb. eodem fo.* 38. *a.*

b *Perkinus eod.* 521.

§. 24. Qui terras possidet ad terminum annorum, vastum committit: unde locator eas per breve de vasto recuperat: fruges hoc casu crescentes conductor legare non potest *c*. Ut neque si quis dictas terras vi antiquioris tituli contra locatorem evincat *d*.

c *Idem eodem* 515.

d *Idem ibidem.*

Sect. 25. Quidam domum conductam habens ad quadraginta annos, eam domum Sempronio dat legat, titulum quem habet vel donat, non recensendo. Quæritur quid legatum est? & judicatur ipsum jus legatum esse, quod testator habuit, id est, terminum quadraginta annorum *e*.

e *Dyer. fo.* 307. *nu.* 69.

Sect. 26. Qui terras ad terminum annorum conduxit, jus suum in eis dat legat Titio: & si Titius ante terminum finitum decesserit, tum annos reliquos Sempronio dat. Titius legatum adipiscitur, nec multo post, jure suo in eisdem alienato nec termino adhuc transacto, diem obit. Quæsitum est aliquando quis modus Sempronio reliqui termini assequendi competit? & judicatum est eum esse sine remedio *f*. Sed si testator tot annos dictæ conductionis Titio legasset, quot vixisset, & in reliquis Sempronium substituisset, Titius sic terminum alienare non potuisset,

f *Dyer. fo.* 75. *nu* 18. & *f.* 140. *nu.* 41.

a *Dyer. fo.* 358. *nu.* 50.51. & *f.* 359. *nu.* 52.

b *Perkinus devises fo.* 519.

c *Statutum Gloceſtriæ. an.* 6. *Ed.* 1. *c. primo.*

d *Bract. l.* 2. *c.* 26. *nu.* 2. & *l.* 5. *tract.* 5. *c.* 10. *nu.* 3. *Fulb. paral. f.* 30. *b.* & 31. *a.*

e *Perkinus devises.* 527.

f *Cocus l.* 3. *caſu Butler fo.* 27. *b. Fulb. paral. c. deviſes. f.* 47. *b. Plowd.*

iſſet, quin anni ſuperſtites *Sempronio* ceſſiſſent *a*.

Sect. 27. *Spoliatus contra Spoliatorum* recuperat: fruges ſatas ſpoliatus legare poteſt. Si tamen à ſolo priùs ſeparatæ fuerit, ſpoliator eas aſportat & legare poteſt *b*, in damnis tamen ſpoliato tenetur *c*.

Sect. 28. Teſtator neque actiones ſuas niſi convictas & recognitas, neque actionum inſtrumenta legare poteſt *d*. Quod tamen ex actione aliqua debetur rectè legat. Eſt enim legatum hujuſmodi conditionale: ſc. ſi debitum ſolutum aut per executores recuperatum fuerit *e*.

Sect. 29. Jus noſtrum, ſicut & Jus civile & ipſa ratio ſtatuit, voluntatem (modo juri non contrariam) teſtatoris præcipue ſpectat *f*: ideoque ſi filio & filia ſuperſtitibus, terras ſoboli fœminæ quis legaverit: licèt filius ſexu dignior ſit, filia tamen terras obtinebit *g*. Si conditionem legato adjecerit, quæ nec naturâ nec jure impoſſibilis eſt illa legatum ſuſpendit, donec impleatur *h*. Hoc autem ita verum eſt, ut verbo nonnunquam ob voluntatem teſtatoris conjecturatam, ultra naturalem intellectum extendantur; & etiam ex cauſis reſtringantur *k*.

Sect. 30. Titius enim terras *Sempronio* dat legat ſub conditione ſolvendi certam pecuniæ ſummam. Licèt verborum vi *Sempronius* terras

caſu Bret. f. 343. *a.* & *ſeqq.* g *Nov. term. jur verbo deviſe. Fulb. paral. cod. f.* 45. *a.* h *Brit. c.* 36. *Perk. deviſes* 579. & *ſeqq. Bract. l.* 2. *c.* 6. *nu.* 1. 2. 3. *v. Swinb. parte.* 4. *Sect.* 13. i *Exempla hujus theoriæ ſequuntur in* §§ *reliquis h. tit.* k *v. Fulb. paral. c. Deviſes fo.* 41. *b. v. Plowd. caſu Paramour* 540. *a. b.*

ſic

ſe legaras tantùm ad terminum vitæ ſuæ habeat jus tam ob conditionem oppoſitam feudum ſimplex ei legari definit *a*. Aliâs enim ſi legatarius brevi moreretur, legatum ei nocere potius quàm prodeſſe poſſet.

a *Brocus. Teſtaments* 18. *Perk.*

§. 31. Mævio terras ſuas omnes & omnia tenementa Sejus dat legat: non ſolùm terræ & tenementa quæ teſtator actu poſſidet, huic legato cedunt, ſed etiam quæ ſpe, aut (ut noſtri loquuntur) reverſione habet *b*.

Devi ſes 555.

b *Nov.*

§. 32. *Si* terræ cuiquam legantur tenendæ & habendæ per eum in perpetuum: aut habendæ & tenendæ illi & aſſignatis ſuis, feudum ſimplex utroque caſu legatur, licèt hæredum mentio non fiat *c*. Quod tamen alii hæſitanter affirmant *d*.

term. jur. verbo Deviſes.

c *Nov. term. jur. eodem.*

d *Perkinus devi ſes* 557.

§. 33. *Si* quis terras alicui his verbis legat: Do Titio terras meas dandas aut vendendas, aut aliter pro arbitrio ſuo diſponendas: feudum ſimplex eſt *e*.

§. 34. Terras Titio & hæredibus ſuis maſculis à corpore ſuo procreandis teſtator legat: Titius autem filiam tantùm procreat, & ex illa nepotem habet: hoc caſu nepos potius avo ſuccedit ex vi legati in his terris, quàm legatum inutile erit: cùm tamen in aliis donationibus contrarium obtineat *f*.

e *Term. jur. ubi ſupra.*

f *Term. jur. ibidem Brocus de-viſes* 5.

§. 35. Item ſi quis terras poſt mortem uxoris ſuæ filio leget: licèt eas expreſsè uxori non leget, illam tamen benevolâ interpretatione jus noſtrum juvat *g*.

g *Term. jur. ibidem & Plowd. caſu Newis f.* 414. *a.*

§. 36. Teſtator terras quas in feudo poſſidet, Titio ad terminum centum annorum dat legat ſub hac conditione: *Si Sempronio* decem quotannis ſolverit: & remanentiam dictarum terrarum Mævio & hæredibus ſuis: licèt Titius con-

Brocus tit. executors f. 175. *v. an.* 13. *H.* 7. *fo.* 17.

conditionem violaveritrit, emanentia tamen Mævii per hoc non læditur: licet in contractibus inter vivos contrarium jus esset *a*.

a *Perkins Devises* 564. *quem quoque vide* 565. 566. 567. 568. 569.

§. 37. Terras suas suas omnes quis legat Sempronio sub hac conditione, si decem dederit: & deficiente conditione eas familiæ suæ relinquit: hoc legatum ad eum qui consanguinitate testatori est proximus, spectare jus nostrum pronunciat *b*.

b *Fitzh. natur. c. Devises f.* 46. *b.*

Sect. 38. *Si* grana quæ habet in tali horreo Titius cuiquam det leget, & post factum testamentum plura in idem congerat: verborum generalitas ad illa grana restringenda est, quæ tempore conditi testamenti ibidem recondebantur; quia jus præsumit de eis tantum sensisse testatorem *c*.

c *Idem eodem fo.* 41. *b. vid. Plowden su Brett fo.* 345. *ab.*

Sect. 39. *Scius* post multa legata tandem testamento suo residuum bonorum suorum uxori Franciscæ relinquit his verbis. Residuum omnium bonorum meorum Franciscæ conjugi meæ charissimæ do lego (quam quoque hujus mei testamenti plenam solamque executricem constituo) ut pro salute animæ meæ & debitorum meorum solutione eadem disponat. Franciscæ onus executionis in se suscipit, omniaque tum legata præstat tum debita dissolvit. Postea Mævio nubit qui dictorum onorum possessionem adeptus condito testamento executoribusque constitutis) Franciscæ præmoritur. *Suboritur* controversia utrum bona quæ Franciscæ secundo marito adduxit, ad eam jam denuo revertantur, an per executores Mævii possint vendicari? Post justam autem disceptationem habitam, in hanc itum est sententiam, ut dicta bona ad Franciscam, non ad executores pertinerent: idque quia residuum bonorum non libero ejus arbitrio disponenda, sed

sed certis usibus destinata relinquebantur *a*.

Sect. 40. *Stichus* qui centum valet & viginti debet dimidiam partem bonorum suorum æqualiter inter Bertam uxorem, & executores suos dividendo, testamento dat. Dubitatur an Berta quinquaginta, an quadraginta vendicare possit? Et responsum est quinquaginta ei deberi. *Si* tamen Executores species aliquas priùs alienaverint, Bertam à specierum alienatarum vendicatione hoc ipso excluſisse, quòd alienatæ sint *b*.

Sect. 41. Petuntur legata in foro ecclesiastico; quam assertionem catallis realibus & personalibus aliqui tamen restringunt *d*. Nam de feudo aut libero tenemento legato ordinarius cognoscere non potest *e*. *Si* tamen Judex curiæ Christianæ aliquem in causâ talis legati citaverit, quale jure communi inutile est, prohibitio jacet *f*.

a *Dyer. fo.* 331. *nu.* 21.

b *Dyer. fo.* 165. *nu.* 57.

c *Glanvil. l.* 7. *c.* 7.

d *Perkinus devises.* 570.

e *Perkinus eodem* 579. 577. 578. 579.

f *Doct. & stud. l.* 2. *c.* 55.

DE ADEMPTIONE LEGATORUM vel translatione.

TIT. XXI.

UBI Jus civile ob defectum hæredis testamentum prorsus inutile facit *g*, nostrum executore vel non nominato vel onus recusante, non statim legata perire patitur, sed administrationem bonorum ordinarii judicio committendam definit *h*, qui administrationem solutioni legatorum, saltem quoad ferunt facultates, astringit *i*.

Sect. 1. Etiam terræ, tenementa, aut alia hæreditamenta quæcunque legata per testatorem, si postea per eum alienentur, & denuo redimantur, æque debentur legatario, ac si omnino alienata non fuissent *k*.

g *l.* 10. *de jure codicillor.*

h *v. supra de testam. ordinand.*

i *Brocus executors in diversis locis.*

k *Brocus Devise.* 8.

DE

DE LEGE FÆLCIDIA.

TIT. XXII.

PRimum executoris officium, post executionis munus in se susceptum, est ut æs alienum testatoris dissolvat, qua de re perpendendum censeo, quid statuerit antiquitas. *Si pluribus debeatur* (inquit Bractonus *a*) præfertur alius alii. Nam rex omnibus est potior: & bene licebit vicecomiti vel aliis Balivis domini Regis, si ostenderint literas domini Regis de summonitionibus Scaccarii patentes imbreviate & attachiare bona catalla defuncti Inventa in laico feudo suo, ad valentiam ipsius debiti quod debetur domino Regi, per vilum legalium hominum, & ita ut nihil inde amoveatur, & residuum catallorum executoribus relinquatur. Aliquæ etiam debita vel alia acquierandæ uxor defuncti si superstes fuerit, nihil conferet de dote sua *b*: cùm dos uxoris debeat esse libera. Quod sic verum est, nisi dotis jus acquisitum maritus Regi deberet. Secundo loco deduci debent debita aliorum, quæ clara sunt & recognita: inter quæ connumerari potuerint servitia servientium, & stipendia famulorum, dum tamen certa sint. Si autem incerta sint, qui sine certo precio steterint in servitio alicujus, licet ex voluntate dependeant, tamen cùm ex arbitrio testatorum & amicorum taxata fuerint, ex bonis defuncti deducantur. Item deduci debent expensæ factæ circa funus. Item necessaria habeat uxor usque ad quarentenam, nisi fuerit sua dos certiùs assignata.

a l. 2. c. 6. quocum conspirat Galanus. l. 7. c. 5. Fleta. l. 2. c. 57. Sect. Item si liber homo & seq.

b Fitzh. nat. br. fo. 151. A.

Sect. 1. Vt autem facultates defuncti tantò me-

liùs

ſibi cognoſcantur: executores vel adminiſtra-
tores cum ſcientia & conſilio duorum ad minus c *an.* 21.
creditorum aut legatariorum, vel illis intereſſe *H.* 8. *c.* 5.
recuſantibus, proximorum (modo integrorum) 8. *Swinb.*
defuncti conſanguineorum, vel etiam illis no- *parte* 6. §.
lentibus aliorum quorumcunque proborum ho- 9.
minum, verum & fidele inventarium omnium d *Glanvil*
bonorum & catallorum tam mobilium quàm & *Bract.*
immobilium, quæ defunctus tempore vitæ & *ubi ſupra*
mortis habuit, conficere tenentur: & inſuper e *Bract.*
ea omnia & ſingula juſtè æſtimata in duas *ibidem*
chartas ſive tabulas ſimiliter laciniatas ſeu in- f *Doct. &*
dentatas (ut noſtri loquuntur) deſcribere ea- *ſtud. l.* 2. *c.*
rum alterâ ſibi reſervata, alteram ordinario 11. *Brocus*
tradere. Si tamen teſtator terrarum aliquarum *executors*
aut tenementorum auctionem fieri juſſerit, pe- 116. *Per-*
cuniæ inde conflatæ in inventarium mini- *kinus Te-*
mè rediguntur *c.* *ſtaments*

§. 2. Hæredes autem tenentur debito ſuo- 88.
rum anteceſſorum, ad quæ catalla non ſuffi- g *Brocus*
ciunt, acquietare *d.* Quod ſi neque ſic teſtato- *executors*
ris facultates debitis ſufficiant, excepto domi- 79. 78.
ni Regis privilegio, olim fiebat ubique defal- 217. 163.
catio *e.* 172. *Doct.*

§. 3. Hodie quoque jus eſt, ut non niſi ære & *ſtud. l.* 2.
alieno diſſoluto, legata ſolvi debeant. Sic *c.* 11. *v.*
enim executor de bonis ſuis ſatisfacere credito- *Plowd ca.*
ribus tenebitur *f.* Non tamen omnibus debi- *ſu Nor-*
tum vendicantibus aurem præbere cogitur, *wod. fo.*
ſed iis tantùm, contra quorum actiones ipſe te- 181. *a.* &
ſtator, ſi viveret, legem ſuam vadiare non *ſqq. Dyer.*
poſſit *g.* *fo.* 23. *nu.*

§. 4. Quod ad privilegia creditorum attinet, antiquum jus aliquantulum videtur immutatum. Hodie verò ante omnia executor moderatas funeris expenſas deducere poſſe vide-

144. 145. & *fo.* 80. *nu.* 53. 54. 55.

tur: & deinceps creditoribus ex juris præscripto satisfacere. Eorum autem primum locum
h. *magna char. c.* 18. suâ prærogativâ Rex occupat *h*. Secundum illi quibus juxta statutum de mercatoribus, aut in recognitione, testator obligatus fuit. Tertium ii, qui testatorem super debito judiciali
i *v. Swinb. parte* 6. §. 16. ter condemnatum habent *i*. Quartum chirographarii qui obligationes pœnales habent *k*
k *v. Brocum executors nu.* 88. & 172. & horum illi quorum dies præterlapsus est, & inter ipsos, si plures sint, ii qui primò agunt. Sin simul agere incipiant, aut dies solutionis adhuc non sit præteritus, gratificandi copiam executor habet. Obligationes pœnales
l *Dyer. fo.* 80. *nu.* 54. sequuntur illæ quas simplices billas dicimus *m*. Ultimum locum tenent qui sine scripto con-
m *Swinb. ubi supra* traxerunt, nec legis vadiatione per testatorem declinari possent: utpote Servientes pro salariis suis, & qui reditum ob terras aut ædes
n *Brocus ubi supra. nu.* 33. 87. 127. 163. ad terminum annorum aut vitæ testatoris conductas non solutum vendicant: si qui sint alii similes *n*. Cæteris qui nudo verbo contraxerunt
o *Brocus ibidem* executores satisfacere non tenentur *o*. Aliquorum tamen opinione & hi actione super eâ
p *Term. jur verbo executor.* propter promissum testatoris adjuvare possunt *p*.

§. 5. Si is executor constituatur, cui testator pecunias debebat, potest ad sui satisfactionem primo summum debitam è defuncti facultatibus deducere: deinde quod supererit reliquis creditoribus solvere tenetur *q*.

q *Plowd. casu wodward. fo.* 185. *b.* §. 6. Post debita soluta si reliquæ facultates legatis sufficiant, quilibet legatarius integrum suum legatum jure poscit, aliter non nisi pro portione facultatum ad universorum legatorum quantitatem. Ita tamen ut executor sumptus bonâ fide expensos & nomina desperata

ta deducere priùs possit. Sed Falcidiæ nomine nihil vel retinere vel Judicis officio petere. Bona tamen aliàs non legata ille lucratur *r*.

§. 7. Executores etiam Executorum debitis primi testatoris tenentur, nisi bona ejus per testatorem suum plene administrata probauerint *s*.

r *Perkinus Devises* 525.

s *Dyer. fo.* 174. *nu.* 21. & 22. *an.* 25. *Ed.* 3. *stat.* 5. *c.* 5.

DE FIDEI COMMISSARIIS HÆREDITATIBUS, ET AD *senatusconsultum Trebellianum.*

TIT. XXIII.

HÆreditates fidei commissariæ nullo in usu sunt apud nos. Aliquid tamen illis simile repræsentant eæ fiduciæ, quas in dando terras nostras extraneis, ad usum tamen nostrum & hæredum nostrorum, vel etiam hominibus privatis ad commodum corporis politici, collocare solemus. Sed istorum usuum inventionem ut principi dominisque feudorum injuriosum *t* constitutiones regni sustulerunt, aut saltem magna ex parte mutaverunt *u*.

t *v. Cocum l.* 1. *casu Shudley fo.* 123. *a.*

u *v. an.* 1. R. 3. *c.* 1. & *an.* 4. H. 7. *c.* 7. & *an.* 27. H. 8. *c.* 10.

DE SINGULIS REBUS PER *fidei commissum relictis.*

TIT. XXIIII.

SIngularum rerum fidei commissa, si illa quæ proximo titulo proposita sunt exceperimus, nostri silentio prætereunt, & juris civilis definitionibus relinquunt.

DE CODICILLIS.

TIT. XXV.

CODicillorum nomen apud noſtros non ſæpe legitur: quamobrem in iis ea ſequimur, quæ à jure civili & canonico mutuati ſimus: niſi tamen feudum aut liberum tenementum contineant: quo caſu probari tantùm coram Judice eccleſiaſtico debent, à regni legibus ſuam interpretationem accipere.

Finis Libri Secundi.

INSTITUTIONUM JURIS ANGLICANI LIBER TERTIUS.

DE HÆREDITATIBUS QUÆ *Ab inteſtato deferuntur.*

TIT. I.

EST etiam alia cauſa acquirendi dominii, quæ dicitur cauſa ſucceſſionis, & quæ competit ſingulis hæredibus, de omnibus de quibus anteceſſores eorum dierunt ſeiſiti ut de feudo, vel etiam ſeiſiti fuerunt aliquo tempore ut de feudo & jure hæreditario, nec idem alienaverunt: quod quidem deſcendere debet hæredibus propinquioribus, maſculis vel fœminis rectâ lineâ vel tranſverſali venientibus. Deſcendit itaque jus quaſi ponderoſum quiddam, cadens deorſum rectâ lineâ vel tranſverſali: & nunquam reaſcendit eâ viâ quâ deſcendit per mortem anteceſſorum.* A latere tamen aſcendit alicui propter defectum hæredum inferius provenientium, &c.

x *Glanvil. l. 7. c. 1. Bract. l. 2. c. 29. nu. 1. Doct. & ſtud. l. 1. c. 7. Fleta. l. 6. c. 1. Sect. ſucceſſio & c. 2. in prin.*

§. 1. Deſcendit jus vero hæredi, ubicunque natus fuerit vel in utero matris, citra mare vel ultra,

ultra, idque sive infra sive extra Regis nostri dominia, dum tamen parentes ad fidem regis nostri habeat, & mater cum venia mariti transfreaverit: nec poterit aliquis sibi facere hæredem: quia solus deus hæredem facit: & quia hæres dicitur ab hæreditate, non hæreditas ab hærede *y*.

y *Glanvil. & Bract. ubi sup. v. statuta an. 25. Ed. 3. statuto 2. & an. 4 v. c. 10. Fleta. l. 6. c. 1. § successis.*

§. 2 Hæreditas autem est successio in universum jus feudale quod defunctus antecessor habuit, ex quacunque causa acquisitionis vel successionis, cum seisina vel sine: ut si cum seisina quocunque tempore seisitus fuerit, in vita sua vel in morte: sc. die quo obiit. Et si jus ad plures hæredes descendat, successive & sine seisina: tamen eadem seisina competit hæredi quam antecessor habuit vel in vita vel in morte. Et cùm jus proprietatis concurrum habuerit cum seisina: statim & sine mora acquiritur hæredi liberum testamentum *z*.

z *Bract. eodem nu. 2. Brit. c. 56. Fleta l. 6. c. 1. § hæc quidem.*

§. 3. Hæredem nostri non eodem modo dividunt: alii enim in proximum & remotiorem *a*, alii in propinquum & propinquiorem & remotum & remotiorem distinguunt *b*.

a *Glanvil. l. 7. c. 3.*

b *Bract. l. 20. 2. 30. nu. 1. Brit. c. 11. 8. v. Flet l. 6. c. 1. & 2.*

§. 4 *Si* quis plures filios habeat, omnes ii sunt hæredes propinqui, post natus sicut & ante natus *c*: & filiis deficientibus filiæ *d*.

c *Bract. ibidem*

d *Glanvil. l. 7. c. 3.*

§. 5. Propinquior est ante natus *e*, nisi tamen loci consuetudo aliud inducat *f*, aut nisi ante natus alienigena, post natus civis sit *g*.

e *Bract. ibidem.*

f *Glanvil. ubi supra*

§. 6. Est autem hæres remotus, ut si quis haberet plures filios & filias: masculi erunt hæredes propinqui, filiæ erunt hæredes remotæ. Nam hoc verum perpetuò est, ut masculi fœminis ejusdem gradus præferantur *h*.

g *Doct. & stud. l. 1. c. 7. & c. 20.*

h *Bract. l. 2. c. 30. nu. 3.*

Sect. 7.

§. 7. Si autem plures filios & nullam filiam ſed nepotes ex filiis; filii erunt hæredes propinqui, & nepotes erunt hæredes remoti *i*. Si plures filias, & nullum filium, omnes ſunt hæredes propinquiores *k*.

§. 8. Item dici poterunt remotiores reſpectu hæredum remotorum: ſicut pronepos: abnepos, arnepos, trinepos, & ſic ulterius deſcendendo: vel ſi deſint deſcendentes tranſvertendo in infinitum *l*.

§. 9. Antiqui regni noſtri conſuetudo eſt ut promogenitus filius patri ſolus in feudo ſuccedat: ſi autem filii non ſunt, ſed filiæ: tum omnes filiæ cohæredes erunt *m*. Quod idem verum eſt in neptibus & proneptibus, ſi nepotes aut pronepotes deſint.

§. 10. Etiam hoc ſemper apud nos receptum fuit ut feudum nunquam aſcendere, vel (ſi velis) deſcendere à filio ad patrem vel matrem nec aliquem alium in recta linea antecedentem poſſit *n*. Neque ullus in linea tranſverſali vocatur ad ſucceſſionem, quàm diu aliquis ſuperſtes erit in linea rectè deſcendenti *o*.

§. 11. Proles ante matrimonium ſolemnizatum genita, jure regni nothus ſive baſtardus eſt, neque in hæreditatem ſuccedit *p*. Neque baſtardus hæredem habet niſi de corpore ſuo *q*.

§. 12. Catalla neque perſonalia neque realia ad hæredem deſcendunt, ſed ex conſuetudine regni ad executores, aut ab inteſtato ad

i *Bract. li.* 2. *c.* 30. k *Glanvil. l.* 7. *c.* 3. *Bract. l.* 2. *c.* 30. m *Doct. & ſtud. l.* 1. *c.* 7. *v. tamen Glanvil. lam de nepote filii ante patrem mortui l.* 7. *c.* 3. *Fleta. l.* 6. *c.* 1. §. *ſi Titius* n *v. Cocum l.* 3. *fo.* 40. *a in caſu Ratcliffe. Doct. & ſtud. l.* 1. *c.* 7. *Bract. l.* 2. *c.* 29. *in prin. Litle. l.* 1. *c.* 1. *v. tamen Brit. c.* 119 *paulo ante finem.*

o *Bract. l.* 2. *c.* 31. *nu.* 1. *Fleta l.* 6. *c.* 2 *in prin.* p *Doct. & ſtud. l.* 1. *c.* 7. & *c.* 10. *Stat. Merton. c.* 4. *an.* 20. *H.* 3. *v. Perkinum tit. Grawnts* 49. & 50. q *Glanvil. l.* 7. *c.* 16. *Perkinus Grawnts* 48. *in fin.*

& *Doct. & stud. l. 1. c. 7. v. an.* 13. *Ed.* 1. *c.* 19. & *an.* 31. *Ed.* 3. *c.* 11. & *an.* 21. *H.* 8. *c.* 5. *v. Fletam l.* 2. *c.* 57 § *Item si liber Dyer fo. c.* 77. *nu.* 57. § *Dyer. fo.* 232. *nu.* 5. & *fo.* 256. *nu.* 8 & *fo.* 160. *nu.* 42. & *fo.* 271. *nu.* 26. *t Fleta. l. 6. c.* 1. § *Dominus. u l.* 4. *titulo.* 18. *de pub. judi* §§ 8. & 22. *x Lile. l.* 1. *c.* 1. *Brit. c.* 119. *nu.* 7. *Fleta. l.* 6. *c.* 1.

Ordinarium & per eum constitutos administratores deferuntur *r*. Vel etiam si nemo administrare velit per ordinarium suo periculo sequestrari debent. *s*.

§. 13. Dominus capitalis loco hæredis habetur, quoties per defectum vel feloniam extinguitur sanguis sui tenentis *t*. Hoc tamen sine distinctione hodie non procedit, ut suo loco ostendetur *u*.

DE LEGITIMA ADGNATORUM SUCCESSIONE.

TIT. II.

IN linea transversali hoc perpetuum est: ut hæredes sint ii, qui integrum sanguinem defuncti participant: Exempli gratiâ: Titius habens filium *Sempronium* & filiam *Arethusam* ex una uxore & filium Mævium ex alia; moritur *Sempronius* ei succedit & sine liberis decedit: *Arethusa* soror & non Mævius frater ad ejus hæreditatem vocatur *x*.

§. 1. Item Titius habens fratrem *Sempronium* & duos filios *Sejum* nimirum ex una & Mævium ex altera uxore: Titio mortuo succedit *Sejus*, & Sejo sine liberis defuncto *Sempronius* patruus, quia integri est sanguinis non Mævius frater *y*. Sed si Sempronus sine liberis quoque decedat, Mævium successorem habet, quia utroque latere illi conjungitur, tam avi

y Lile. l. 1. *c.* 1. *Brit. c.* 119. *nu.* 7. *Fleta. l.* 6. *c.* 1. *omnes autem & Sect. jus etiam & Sect. quandoque y Lile tonus. ibidem v. Gocum l.* 3. *casu Ratclife fo.* 40, & 41. *a. b. & fo.* 42. *a.*

nimirum

nimirum quàm aviæ z. Atque ideo niſi Sempronius tam ex parte matris quàm patris Titio frater ſit, contrarium videtur eſſe ſtatuendum.

z *Litle. ibidem paulo poſt.*

§. 2. Linea tranſverſalis duplex eſt: altera deſcendens per fratrem ad ejus liberos, altera aſcendens per patruum & ſic deinceps. Ex aſcendenti autem nemo ſuccedit niſi deficientibus iis, qui è deſcendenti ſunt *a*.

a *Bract. l. 2. c. 30 nu. 1. Brit. c. 119.*

§. 3. E linea tranſverſali deſcendenti ſuccedit is qui proprior gradu eſt: & ſi hæc linea defecerit, is qui in aſcendenti tranſverſali defuncto proximus eſt *b*.

b *Bract. ubi ſupra Fleta. l. 6. c. 2. § Illis autem.*

§. 4. Si duo in eodem gradu ſunt, & ambo maſculi, præferetur natu major: ſi alter maſculus altera fœmina maſculus fœminæ præfertur ut in linea recta *c*.

c *Brit. d. c. 119. nu. 1. & 2. & 7.*

§. 5. Ubi hæreditas è parte matris provenit, ibi filio ſine liberis decedenti proximus conſanguineus à parte matris hæres ſit, non ex ſolo patre frater *d*. Sed ſi filius feudum pecuniis ſuis perquiſiverit & ſine liberis moriatur, adgnatum proximum è parte patris ſucceſſorem habet, non cognatum è parte materna, niſi ob defectum adgnationis paternæ *e*. Cognatus tamen è parte materna ſuccedet potius quàm terræ domino feudi ob defectum hæredum contingent aut excident *f*.

d *Brit. d. c. 119. nu. 7.*

e *Litle. l. 1. c. 1. Cocus l. 3. caſu Ratcliff. fo. 39. b.*

f *Plowd. caſu Cleere & Broke. fo. 444. b. & ſeqq.*

§. 6. Titius habet duos filios Sempronium & Mævium: Sempronius vivo patre feloniam perpetrat, & morte punitur, deinceps Titius moritur. Quæritur an feudum de quo ſeiſitus Titius obiit, domino feudi excidat, aut eſchaetæ nomine cedat, an potiùs ad Mævium ſecundum ejus filium deſcendat. Prudentes noſtri hic diſtinguendum cenſent, utrùm Sempronius ſine liberis deceſſerit: ſic enim feudum Titii ad Mævi-

Mævium descendit: aliter verò ad dominum feudi spectat *g*. Sed Sempronius in vita patris condemnatus, illi superstes est: hoc casu licet sine liberis decedat, feudum domino feudi excidit, non ad Mævium descendit *h*.

g Dyer. fo. 48. nu. 15.

h Kitchin tit eschcate fo. 110. b.

DE SENATUSCONSULTO *Tertulliano.*

TIT. III.

NOstri in feudo rigorem duodecim tabularum imitantur, quod à filiis ad parentes ascendere nullo modo patiuntur *i*. Ideoque si hoc durius videatur cuiquam, illi exoptandum est ut Tertullianus aliquis vel Claudius nobis excitetur, qui contrarium Senatui nostro suadeat.

i Bract. l. 2. c. 49. nu. 2.

DE SENATUSCONSULTO *Orphitiano.*

TIT. IV.

LIberi apud nos in hæreditatem maternam accedunt æquè atque paternam: eamque eisdem gradibus & regulis quibus paternam assequuntur *k*. Hic itaque Orphitio nobis opus non est.

k Fleta l. 6. c. 9. § plura

DE

DE SUCCESSIONE COGnatorum.

TIT. V.

COgnatos Romani eos appellant ſpecialiter, qui per fœminas nobis conjunguntur *l.* De horum ſucceſſionibus nihil reſtat iis dicendum, qui duos proximos titulos rectè obſervarunt *m*. Illic enim docuimus in ſucceſſionibus locum non eſſe cognatis, niſi adgnatorum linea defecerit. Quod ſic intelligendum eſt, ut adgnati remotiſſimi in linea rectè deſcendenti, non item in tranſverſali, proximis ejuſdem cognatis præferantur. Nam filiæ meæ trinepos ante fratris filium, & etiam ſororis trinepos ante patruelem meum mihi ſuccedit *n*.

§. 1. Hoc breviter hîc etiam notandum cenſeo: deficientibus nimirùm in linea rectè deſcendenti & utrâque tranſverſali ſucceſſoribus, feudum ad eſcaetæ cauſam reduci, atque ad ejus patronum reverti *o*.

l *l. ult.* §. 1. π *de gradibus affinitatis* m *primum ſc.* & *ſecundum hujus libri.* n *Bra. l.* 2. *c.* 30. & 31. *ſparſim.* o *Glanvil. l.* 7. *c.* 17. *Bract. l.* 2. *c.* 29. *nu.* 1. *Litle. l.* 2. *c.* 1. *Fitzh. nat. br. Brief. d. c. ſchet. f.* 143. *vide ſupra* § *fin. de hæredit. ab inteſtato.*

DE GRADIBUS COGNATOrum.

TIT. VI.

FActâ mentione de gradibus, bonum eſt videre de perſonis ſuccedentium, & qui in ſucceſſione aliis præferuntur, à primo gradu cujuſque lineæ uſque ad ultimum *p*.

§. 1 In linea rectè aſcendenti ſunt avus, proavus, abavus atavus, tritavus, & majores noſtri in infinitum *q*.

p *Bract. l.* 2. *c.* 31. *nu.* 2.

q *Bract. ibidem Flet. Sect. l.* 6. *c.* 2.

§. 2. In linea rectè descendenti primum gradum occupant pater & mater, qui faciunt stipitem communem: secundum filius & filia, tertium nepos & neptis, & sic deinceps in infinitum *r*.

r Bract. & Fleta. ibidem.

§. 3. In linea transversali ascendente secundum gradum faciunt frater vel soror patris aut matris: id est, patruus & matertera & eorum hæredes in infinitum *s*.

s Bract. l. 2. c. 31. nu. 1. Flet. ubi supra.

§. 4. In linea transversali descendente sunt frater & soror & eorum hæredes in infinitum *t*.

t Bract. & Flet. ibidem.

DE SERVILI COGNATIONE.

TIT. VII.

HIC apud veteres juris civilis scriptores titulus superioris pars habetur *u*. Neque quidem jus nostrum de servorum manumissorum cognatione quicquam statuit quod ab ingenuorum propagine est diversum. Nam inter eos æque atque ingenuos justæ sunt nuptiæ *x*.

u wesenbe. hoc tit.

x c. unico extra de conjungio servorum.

DE SUCCESSIONE LIBERORUM

TIT. VIII.

AD liberorum sine liberis decedentium successionem patroni apud nos non admittuntur. Itaque si quis post manumissionem feudum acquisiverit: & sine hæredibus decesserit: hoc quidem feudi ejusdem dominus jure escaetæ vendicabit, & non qui defunctum libertate donavit *y*. De catallis quoque eorum intestato decedentium

y Fitzh. nat. br. fo. 143. I. &c.

sedentium idem jus est istis cum ingenuis *z*.

z *quod quale sit. v. supra de testam. ordinan. &c.*

DE ASSIGNATIONE LIBERTORUM.

TIT. IX.

LIberti apud nos nihil differunt ab ingenuis, nisi quòd servi aliquando fuerunt. Eorum itaque assignatio nullum in hoc regno usum habet.

DE BONORUM POSSESSIONIBUS.

TIT. X.

FEudi possessionem apud nos dat Rex eorum hæredibus qui ab eo feudum in capite quocunque servitio tenuerunt. Ille enim jure prærogativæ suæ terrarum hujusmodi primam seisinam habet *a*: & eas, nisi ab illius manibus, hæredes accipere non possunt. Qui ab aliis dominis per servitium militare tenent (nedum per socagium) ætatis maturitatem assecuti, suo jure possessionem suæ hæreditatis ingrediuntur, & impediti actionem habent contra dominos, modo valorem maritagii prius satisfecerint *b*.

a *Stawnf. prærog. c. 3. & 13. Fitz. nat. br. fo. 255. e. & 256. r. & seqq.*

b *Cocus vol. 4. casu Corbet.*

§. 1. Bonorum verò quæ nos catalla dicimus, possessionem secundum tabulas dat, aut saltem antea captam confirmat, Judex ecclesiasticus apud nos, qui loci est Ordinarius executoribus nimirum defuncti: sin nullæ tabulæ extiterint, administrationem viduæ defuncti

vel

vel proximis consanguineis concedit *c*, suo tamen arbitrio vel inter ipsos, vel in pias causas distribuendorum *d*.

c an. 31. Ed. 3. c. 11.
d Lynw. provin. c. Ita quorundam tit. de testamentis & ibi gloss.

DE ADQVISITIONE PER adrogationem.

TIT. XI.

NIhil impedit quo minus Angli & adrogare & adrogari possint. Sed hic solus adrogantis & adrogati consensus inspicitur. Jus enim municipale de hac acquisitionis specie nihil statuit, nisi quatenus illud quod inter partes agitur, in alicujus contractus naturam incidit.

DE EO CVI LIBERTATIS causa bona addicuntur.

TIT. XII.

SErvorum qui libertatem à dominis in testamento accipiunt, hoc interest tantùm, ut de testamento constare possit; utrùm executor onus in se susceperit, eorum nihil interest. Nam pri cam illam testamentorum solennitatem, quæ apud Romanos in usu fuit, nobis semper displicuisse supra ostensum est *e*.

e tit. de testam. ordinand.

DE

DE SUCCESSIONIBUS SUBlatis quæ fiebant per bonorum venditiones ex Senatusconsulto Claudiano.

TIT. XIII.

HOc adquirendi genus nos non habemus, simile tamen aliquid. Decoctorum enim qui post exesas fortunas se abdunt, quo minus à creditoribus conveniri possunt; tam feuda quàm alia bona ubicunque reperiri possunt, ad creditorum suorum satisfactionem distrahi possunt per viros honorificos, quos constitutiones ad hoc editæ nominant *f*. Reliquarum autem omnium illa recentissima augusti Jacobi nostri sanctio eorum technis solertissimé prospexit *g*.

f *an.* 34. *H.* 8. *c.* 4. & *an* 13. *Elizab. c.* 7.

g *an. pri. Jaco. ses.* 1. *c.* 15.

h *Bract. l.* 3. *tract.* 1. *c.* 1.

i *Bract. ibidem. nu.* 2.

k *Bract. ibidem c.* 2. *nu.* 1. *Brit. c.* 28. *Fleta l.* 2. *c.* 65. *in prin.*

l *v. west. symbolaiogr. l.* 1. *sect.* 156. & *multis seqq.*

DE OBLIGATIONIBUS.

TIT. XIV.

DIctum est supra de personis & rebus: deinceps dicendum est de Actionibus *h*. Actio autem ex obligationibus præcedentibus, tanquam à matre filia, oritur *i*. Obligatio vero est juris vinculum, quo necessitate astringimur ad aliquid dandum vel faciendum *k*.

§. 1. Omnium obligationum civilium summa divisio in duo genera deduci potest. Nam aut jure communi constituitur, aut statuto. Exemplum illius fuerit vulgaris illa, quam pænalem obligationem dicimus, & cæteræ hujusmodi *l*: hujus vero scriptum de statuto mercatorio, &

& quæcunque è statuto regni aliquo profluit *m*.

Sect. 2. Obligatio ex aliqua causa præcedenti originem ducit sive ex contractu vel quasi, sive ex maleficio vel quasi *n*: Obligatio ex contractu quatuor habet species. Nam contrahitur, re, verbis, scripto, consensu.

QUIBUS MODIS RE CONTRAhitur obligatio.

TIT. XV.

RE contrahitur obligatio, veluti mutui datione: quæ consistit in rebus quæ pondere, numero, mensurâ sunt. Pondere, sicut in rebus quæ ponderantur, ut ære, argumento, auro: numero, sicut pecunia numerata: mensurâ, sicut in vino, oleo, frumento: Quæ res autem in appendendo, numerando, metiendo in hoc dantur, ut statim fiant accipientium, eæ mutui contractum constituunt: quia mutuum propriè dicitur id, quod ex meo fit tuum, & quando non eædem res, sed aliæ ejusdem naturæ redduntur creditori *o*.

Sect. 1. Si quis pecunias alicui per errorem solverit cui non debentur, eas actione in factum, quam nostri (super casu) dicunt, apud nos condicet vel recuperabit. Qui autem non debitum cepit, re obligatur *p*.

Sect. 2. Is autem cui res aliqua utenda datur, re obligatur quæ commodata est: Sed magna differentia est inter mutuum & commodatum: quia is qui rem commodatam accepit, ad ipsam restituendam tenetur vel ejus precium, si forte incendio, ruinâ, naufragio, aut latronum vel hostium

m v. statutum de Actor Burnet an.1. Ed.1. statut.1. & an.38. Ed. 3. c. 4. & nonum librum intratio. Action sur le statut. per totum, Flet.l.2. c. 64. per to- Flet.l.2. c. 64. per totum.

n Bract.l. 3. tract.1. c. 1. nu.2. Brit.c. 28. Flot.l.2. c. 36.1.

o Glanvil. 10. c. 3. Bract.l. 3. tract. 1. c. 2. v. novum lib. antoatio. Dett in Apprompt. 1.2. 3. Fleta.l. 2. 26. Sect. Re autem.

p Institut. hoc tit. Sect. 1.

hostium incursu consumpta fuerit vel deperdita, subtracta vel ablata. Et qui rem utendam accepit, non sufficit ad ejus custodiam ut talem diligentiam adhibeat, qualem suis rebus propriis adhibere solet, si alius eam diligentius custodire potuisset. Ad vim autem majorem vel casus fortuitos, non tenetur quis, nisi culpa sua intervenerit: ut si rem domi sibi commodatam secum detulerit peregre profectus, & illam incursu hostium vel prædonum, vel naufragio amiserit: non est dubium quin ad rei restitutionem teneatur *q*.

§. 3. Commodata autem res ad commodum data est, & propriè dicitur commodata, cùm nullâ mercede acceptâ, res utenda datur. Gratuitum enim debet esse commodatum: & si merces intervenerit, potius dici debet locatio quàm commodatum *r*.

§. 4. Is quoque apud quem res deponitur, re obligatur, & ad illam restituendam tenetur: & etiam ad id, si quid in re depositâ dolo commiserit. Culpæ autem nomine non tenetur, de fidiæ sc: vel negligentiæ: quia qui negligenti amico rem custodiendam tradit, sibiipsi & propriæ fatuitati, hoc imputare debet *s*. Quod tamen jus hodie immutatum videtur, nisi depositarius expressè polliceatur eam tantùm curam quâ res suas custodire solet *t*.

§. 5. Creditor qui pignus accepit re quoque obligatur, & ad illam restituendam tenetur. Et cùm hujusmodi res in pignus data sit utriusque gratiâ, sc. debitoris, quo magis ei pe-

q *Bract. l. 3. tract. 1. c. 2. nu. 1. Brit. c. 28. Glanvill. 10. c. 3. Fitzh. nat. br. fo. 121. B. Doct. & stud. l. 2. c. 38. Fleta. l. 2. c. 56. §*

r *Bract. ubi supra Glanvil. l. 10. c. 13. Fleta l. 2. c. 56. § commodata.*

s *Bract. ubi supra. v. novos term. jur. verb Garnishment Doct. & stud. l. 2. c. 24. & c. 38. v. nov. l. intratio. Action sur le cas. in Gardere & de catallis.*

hostler, & Gager deliverance v. veterem nat. br. reddend. fo. 63. & chartas reddend fo. 66. v. Fulb. paral. c. Baylemento f. 55 a. b. et 57. a. Fleta. l. 2. c. 56. § Is apud quem i Cocus l. 4. casu Southcot.

cunia tradatur, & creditoris, quo magis eius tuto sit creditum: sufficit ad illius rei custodiam diligentiam exactam adhibere: quam si præstiterit, & rem ante pecuniam ei per debitorem oblatam casu amiserit, securus esse potuerit, nec impedietur creditum petere *u*. Diligentiam autem exactam nostri itelligunt eam quam quis rerum suarum custodiæ adhibet *x*.

u *Bract. ubi supra v. Glanvil. l. 10. c. 3. & 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & Fitzh. nat. br. fo. 86. C. & nom. lib. intratio. Action sur le case in Gage. 1. & nou term. jur verbo mortgage. Fleta. l. 2. c. 56. § Creditor.*

x *Cocus l. 4 casu Southcot. fo. 48. b.*

DE VERBORUM OBLIGATIONIBUS.

TIT. XVI.

VErbis contrahitur obligatio per stipulationem. Est enim stipulatio quædam verborum conceptio, quæ consistit ex interrogatione & responsione: ut si dicatur: Promittis? Promitto: Dabis? Dabo: facies? faciam: fidejubes? fidejubeo *y*.

§. 1. Omnis stipulatio aut fit purè, aut in diem, aut sub conditione, purè, ut si dicatur: Tantam pecuniam dare spondes? sine aliqua adjectione diei vel conditionis: quo casu pecunia illa statim peti poterit. Sed si dies adjiciatur, quo solui debeat, statim debetur, sed peti non potest ante diem, nec etiam eo die, quia totus dies relinquitur arbitrio solventis *z*, nec verò certum erit eo die solutum non esse, priusquam dies præterierit. Nec eodem modo rectè petere quis, si quis hoc anno vel mense dare spoponderit, nisi omnibus partibus præteritis anni vel mensis *a*.

§. 1. Fit aliquando, sub conditione stipulatio

y *Bract. ubi supra nu. 2. Brit. c. 28. Flet. l. 2. c. 56. § verbis.*

z *Bract. d. l. 3. tract. 1. c. 2. nu. 2. Brit. d. c. 28. Flet. l. 2. c. 56. Sect. verbis. v. Cocum l. 2. casu Cromwel fo. 79. a. b. a Bract. d. l. 3. tract. 1. c. 2. nu. 2. & Brit. c. 28.*

ut si dicatur: si Titius consul factus fuerit, tantam pecuniam dare spondes? Et notandum quod in conditionali stipulatione tantùm spes concipitur: & conditiones quæ ad præteritum vel præsens tempus referuntur, aut statim infirmat obligationem aut omnino non differunt, ut si dicatur: *Si* talis aliquando vixit, aut hoc tempore vivit, dare spondes? Nam si neque vixit, neque nunc vivit, stipulatio nihil valet. Quia ea quæ per rerum naturam statim certa sunt, non vitiant obligationem, quamvis apud nos incerta sunt. *b*.

§. 3. Facta autem in stipulationem deducuntur: ut si facta fuerit stipulatio aliquid fieri vel non fieri: quo casu, optimum erit pœnam adjicere, ne quantitas stipulationis sit in incerto: vel necesse sit actori probare quid ejus interfit. Sit tali modo adjiciatur pœna: *Si* hoc factum non fuit vel non erit, tunc nomine pœnæ tantum dare spondes *c*?

Sect. 4. Notandum autem est hanc verborum obligationem à nostris, qui rerum definitiones non tam accuratè persequuntur, quàm illud quod factum est *d* perpendunt, simplicem contractum appellari *e*, neque spondentem teneri, nisi ἀνάλλαγμα aliquod, aut (ut illi loquuntur) consideratio, vel quid pro quo, intercesserit *f*; utpote si sponsio in causa sit, cur stipulator onus aliquod in se susceperit, quod aliter susceperus non erat. *g*.

Sect. 5. Stipulationis perpetua est causa jure

b *Bract. ib idem nu.* 3. *v. Brit. c.* 28. *Doct. & stud. l.* 2. *c.* 35. *Fleta. l.* 2. *c.* 56. *S. si aliquando.*

c *Bract. d. l.* 3. *tract.* 1. *c.* 2. *nu.* 4. *Flet. ubi supra Sect. Facta.*

d *Doct. & stud. l.* 2. *c.* 24.

e *Fitz. nat. br. f.* 119. *G. v. westi Symbol. l.* 1. *c. contr. sect.* 30. *Dyer. f.* 90. *nu.* 8. *& fo.* 336. *nu.* 34.

f *Fitz. eodem fo.* 120. *K. &* 122. *H. & v. Brocum contract.* 5. *& Dyer. fo.* 272. *nu.* 31. 32. *& fo.* 296. *nu.* 22.

g *Doct. & stu. l.* 2. *c.* 20. *& 24. v. Fulb. paral. c. contracts fo.* 6. 6. *a sed vid. Plowd. casu Sherington fo.* 308. *a. & seqq.*

civili *h*: sed jure nostro contractus vel scriptis conceptus non tenet hæredes, executores, aut successores *i*, nisi specialiter nominentur, aut Rex sit creditor *k*, neque illis circa immobilia prodest *l*. Ex contractu itaque verbali multò minus hæredibus executoribusve, vel etiam in illos actio competere videtur.

Sect. 6. Sola stipulatione non sæpe contrahitur apud Anglos, præsertim in rebus magni momenti: quia hic contractus legis vadiatione plerumque irritus fit *m*.

h *Institutio. de inutilibus stipul. S.* 24. i *v. Dyer. fo.* 23. *nu.* 142. k *v. Fitzh. nat. br. fo. Fleta. l.* 2. *c.* 6 *S. & sciendum Brocus Garanty* 89. *Fulb. paral. devises fo.* 44. *a. v. Cocum l.* 2. *casu Cromwel. fo.* 79. *a. b. v. tamen Plowden casu Worib fo.* 457. *a. et Dyer. f.* 14. *nu.* 69. & 42. *nu.* 12. l *Plowd. ibid.* m *Brocus Ley gager per totum.* n *Fitzh. nat br. fo.* 120. *A. B. Glanvil. l.* 10. *c.* 3. o *Brocus executors*, 149. p *Doct. & Stud. l.* 1. *c.* 8.

DE DUOBUS REIS STIPULANDI & PROMITTENDI.

TIT. XVII.

DUo rei stipulandi nostro quoque jure esse possunt *n*: & hoc casu alter eorum debitum relaxat, & qui supervivit integrum non prius solutum rectè vendicat *o*. Sed frequentiores sunt duo vel plures rei promittendi: quia vix hodie reperitur, qui cuiquam soli majorem pecuniæ summam credere velit.

DE STIPULATIONE SERVORUM.

TIT. XVIII.

SErvi apud nos quoque ex persona dominorum stipulari possunt, quibus tam feudum quam alia acquirunt *p*.

DE

DE DIVISIONE STIPULATIONUM.

TIT. XIX.

STipulatio aut judicialis esse potest aut conventionalis. Judicialis est, quæ jussu Judicis fit: conventionalis quæ ex conventione utriusque partis concipitur, nec jussu Judicis *q*.

q *Bract. l. 3. tract. 1. c. 2. nu. 6. Fitzh. nat. br. fo. 123. C. & 135. D.*

DE INUTILIBUS STIPULATIONIBUS.

TIT. XX.

SI quis rem dari stipulatus sit quæ in rerum natura non est nec esse potest, inutiliter stipulatur *r*.

r *Bract. l. 3. tract. 1. c. 2. n. 5. De his quæ hoc tit. continentur. v. Fletam. l. 2. c. 60. S. oportet igitur & seqq.*

Sect. 1. Idem juris est, si rem stipuletur quis, quæ in alicujus bonis non est, veluti rem sacram vel publicam *s*.

s *Bract. ibidem*

Sect. 2. Qui etiam alium daturum aut factum promiserit, quam eum qui in potestate sua extiterit non obligabitur *t*.

t *Bract. ibidem Doc. & stu. l. 2. c. 20. & 21. v. Perkinum Conditions. 759.*

Sect. 3. *Si* quis alii quàm ei cujus juri subjectus est, stipuletur, nihil agit *u*.

u *Bract. ibidem.*

Sect. 4. Qui ad ea quæ interrogatus fuit, non respondet nec secundum quod interrogatus est, (ut si quis decem aureos dari stipuletur, & alius quinque promittat: vel si unus purè, & alius sub conditione) stipulatio non valebit *x*.

Brit. c. 28. Flet. l. 2. c. 56. § Item

x *Bract. ibidem nu. 4. Fleta. l. 2. a. 56. §*

Sect. 5. Ab iis quoque inutiliter stipulamur,

Item si de una re. & § Item si quis.

y *Bract. ibidem.* qui poteſtati noſtræ ſubjecti ſunt, eiſque inuti-liter promittimus *y*.

z *Bract. l.* 3. *tract.* 1. *c* 2. *nu.* 5. *Brit. c.* 28. *Flet l.* 2. *c.* 56. §. *mutus* a *Bract. ibidem Brit. d. c.* 28. *v. Perkinum Grawnts* 3. 4. §. *v. tamè Cocum. l.* 4. *caſu Beverley fo.* 123. *b.*

Sect. 6. Mutus nec ſtipulari poteſt nec promittere, cùm loqui non poſſit, nec verba ſtipulationi congruentia proferre. Quod quidem in ſurdo receptum eſt: quia is qui ſtipulatur, verba promittentis, & is qui promittit verba ſtipulantis audire debet. Niſi ſit qui dicat quòd facere hoc poſſunt per nutus vel per ſcripturam. Nec dicitur hoc de eo qui tardius audit, ſed de eo qui non omnino exaudit *z*.

§. 7. Furioſus ſtipulari non poteſt, nec aliquod negotium gerere: quia non intelligit quid agit *a*.

b *Bract. & Brit ubi ſupra Fulb. paral. fo* 1. *b. & fo.* 2. *a. Perkinus Grawnts* 3. 3. 4. 5.

§ 8. Qui etiam à Monacho *b*, vel fœmina quæ marito cooperta eſt *c*, vel ſervo *d* ex perſona ſua aliquid ſtipulatur, nihil agere videtur, ut ab eo qui feloniæ condemnatur quatenus in Regis vel domini feudi præjudicium hoc fiat *e*.

c *Bract. et Brit. ubi ſupra Fulb. paral. fo.* 4.

§. 9. Pacta etiam quæ vi metuve quis cuiſquam excuſſerit, exceptione enervantur. Utpote ſi quis duritie carceris preſſus aliquid dicto vel ſcripto promiſerit aut conceſſerit *f*. Quod tamen ſic intelligendum eſt, ſi pactam rem ipſam, cujus cauſâ paciſcens in carcerem eſt conjectus attingat *g*. Si etiam mortem, carcerem vel plagas quis mihi minetetur, niſi quid illi donavero vendiderove, niſi metus minor ſit, quàm qui in conſtantem virum cadere ſolet, donum infirmum reddit *h*.

b. Perkinus Grawnts 6. & *ſeq. & conditions* 722. 735. d *Brocus contracts* 40. e *Perkinus Grawnts* 26. 27. 28. 29. *v. ſupra de donation. Sect.* 7. f *Brit. c.* 28 *Perkinus Grawnts* 16. 17. *Fulb. paral. c. Bargines. fo.* 15. g *Perkinus eodem* 18. h *Fleta. l.* 3. *c.* 7. *in prin. Plow. caſu Remiger fo.* 19. *a. Fulb. paral. c. Bargines fo.* 15.

Sect. 10. Eodem modo nec infans, vel qui in fanti proximus est, & qui multum à furioso non differt: nisi hoc fiat ad commodum suum, & cum tutoris authoritate *i*. Fit tamen aliquando ut minor teneatur *k*.

Sect. 11. Item non valebit stipulatio si impossibilis adjecta fuerit conditio, cui natura in impedimento fuerit quòd existat. Veluti si dicat stipulator: Si cœlum digito tetigero, dare spondes *l*? Si autem sic: Si cœlum digito non tetigero: tunc valet: quià purè facta est, & statim peti poterit *m*.

Sect. 12. Inutilis etiam videtur stipulatio, si quis ita stipulatus fuerit: *Si* navis cras venerit ex Asia, hodie dare spondes? quia præposterè concepta est. Tamen licèt præposterè fuerit, non erit rejicienda *n*.

Sect. 13. Quòd autem per scripturam fieri possit stipulatio & obligatio videtur: quia si scriptum fuerit in instrumento aliquem promisisse: perinde habetur, ac si interrogatione præcedente responsum sit *o*.

Sect. 14. *Si* cum res plures in stipulationem deducantur, promissor simpliciter respondeat: Sic dare spondeo: propter omnes tenetur. Et si unam rem tantùm ex pluribus se daturum promiserit vel quasdam: obligatio in iis contrahitur pro quibus respondet *p*.

Sect. 15. Inventæ autem sunt hujusmodi stipulationes & obligationes ad hoc, ut unusquisque habeat & sibi acquirat quod suâ interest, si contra ea agatur, quæ in stipulationem deducuntur. Et si res in stipulationem deducta alii detur, nihilominùs interetit stipulatoris. Quia ille qui promisit, tenebitur ad interesse: vel ad pœnam, *si cùm plures*,

i *Bract. l.* 3. *tract.* 1. *c.* 2. *nu.* 5. *Brit. c.* 28.

k *v. Plowd. casu Stowel fo.* 364. *b.*

l *Bract. & Brit. ibidem Fleta. l.* 2 *c.* 56. § *Loca. v. Dyer. fo.* 169. *b. nu.* 1.

m *Bract. ibidem Fleta l.* 2 *c.* 56. § *Item non valebit.*

n *Bract. ibidem Fleta l.* 2. *c.* 56. § *Item erit inutilis.*

o *Bract. ibidem nu.* 8. *Fleta. l.* 2 *c.* 56. §

p *Bract. ibidem nu.* 5. *Fleta. l.* 2. *c.* 56. § *si cùm plures.*

q *Bract. ibidem nu.* 9. *Doct. & stud. l.* 2. *c.* 20. & 21.
r *Bract.*
s *Bract.*
t *Bract. ibidem nu.* 4. *Flet. l.* 2. *c.* 56. § *Item si de una re.*
u *Bract. ibidem nu.* 4. *Brit. c.* 28. *Perkinus Conditions* 723. *&c. Flet. l.* 2. *c.* 56. § *Item non valet.*
x *Brocus. Condition.* 45. 85. *v. Cromptoni Jurisd. fo.* 101. *a. court del marshal sea. v. Dyer fo.* 118. *nu.* 1. & *fo.* 34. *nu.* 33.
y *v. Plowd. casu Dyne sparsim per totum, præsertim fo.* 63. *a.* & *seqq. sc.* 64. *b.* 67. *a. b.*
z *v. Cocum* li. 2. *casu Cromwel fo.* 78. *in finc.* & *fo.* 79. *a. b. v. suprà eodem tit.* 16. *Sect.* 5.

si pœna fuerit in stipulationem deducta *q*.

Sect. 16. Si quis alii stipuletur, cùm ipsius intersit, placuit stipulationem valere, ut si tutor pupillo *r*.

Sect. 17. Nemo rem suam futuram in eum casum quo sua sit, utiliter stipulatur. Nam quod semel est meum ex una causa & ab uno, durante possessione meâ, non poterit illud iterum esse meum ex eadem causa & ab alio *s*.

Sect. 18. Item si de una re senserit stipulator, & de alia promissor: non magis valet, quàm si ad interrogatum responsum non fuisset *t*.

Sect. 19. Neque valet, si quis stipuletur te homicidium perpetraturum, vel furtum, vel hujusmodi. Non enim ex hac obligaris *u*.

Sect. 20. Promissio item inutilis est carceris custodi facta, in carceratum aliquem, qui in executione jacet, non aufugiturum, aut carcerem non effracturum. Nam nostri hanc juri publico adversam putant, quod homines ob æs alienum carceri mandatos duriùs custodiri vult, ut tanto libentiùs & maturiùs creditoribus satisfacere nitantur *x*. Quod etiam verum videtur in omnibus casibus, ubi quis ob causam non balliabilem carceri committitur *y*.

Sect. 21. Cùm quis sub aliqua conditione stipulatus fuerit, & ante conditionem impletam decesserit: posteà existente conditione, neque hæredi, nec in hæredem actio nostro jure dari videtur *z*.

Sect. 22. Si dies stipulationi adjiciatur, qui nunquam futurus est, ut crastinus judicii genera-

lis,

lis, præsenti die debetur *a*. Si quis hominem vel feudum stipulatus fuerit, utilis est stipulatio. Sed res sic in stipulationem deducta rectè non peritur, antequam tantum spatium præterierit, quanto commodè tradi possit.

Sect. 23. Non videtur quis rectè stipulari à corpore politico: quia illi ad nihil nisi sub sigillo suo communi se obligant *b*. Si quis tamen aliquid emerit quod in talis corporis usum convertitur, ipsum corpus teneri constat *c*.

a *Brocus obligations* 58.

b *Bract. l.* 3. *tract.* 1. *c.* 2. *nu.* 2. & *Brit. c.* 28.

c *Cocus. l.* 3: *casu Butler. fo.* 28. *b.* & 33. *b.* & 34. *a. Perkins Conditions.* 804. *Fulb. paral. c. Bargines fo.* 14. *A.* *Brocus. Corporation.* 35.

DE FIDEJUSSORIBUS.

TIT. XXI.

QUem jus civile fidejussorem, eum jus nostrum plegium vocat. Cùm ergò quid creditur alicui, solet id plerumque credi sub plegiorum datione. Quo casu si principalis debitor ita inde defecerit, ut non habet unde solvere possit: tunc demum recurrendum erit ad plegios *d*, & non antea *e*.

d *Glanvil l.* 10. *c.* 3.

e *Brit.* 3. 28. *Flet. l.* 2. *c.* 62. § *Rex vicecomiti salutem. Fitzh. nat. br.* 137. *F.*

Sect. 1. Tenentur autem plegii, si plures fuerint, singuli in totum nisi aliter convenerit, quando se plegios inde fecerint, & ad id satisfaciendum simul sunt distringendi. Ita ut si plures dati fuerint plegii, & aliqui vel aliquis eorum non habeant unde reddere possint: ipsum onus acquietantiæ ad cæteros vel in totum spectat, vel in quantum illi defecerint *f*.

f *Glanvil l.* 10. *c.* 4. *Fitzh. nat. b. f.* 122. *K.*

Sect. 2. Verùm si debitore aliquo plegiando plegii pro certis partibus dati fuerint, quicquid de quibusdam eorum plegiorum contigerit, reliqui non nisi pro partibus suis inde respondere cogentur *g*.

g *Glanvil. ubi supra.*

Sect. 3.

h *Nonus liber intrationum Pledges.* 2. *Fitz. nat. br. fo.* 137. *C. & B. Fleta. l.* 2. *c.* 63. §§ *si forte.* i *Glanvil. l.* 10. *c.* 12. *Bract. l.* 3. *tract.* 1. *c.* 2. *nu.* 9. *Brit. cap.* 28. *Flei. l.* 2. *c.* 56. § *Inventa.* k *Plowd. casu Sherington fo.* 308. l *Fitz. nat. br. fo.* 121. *m. Brocus obligations* 21. m *Brocus ibidem nu.* 21. *v. Fulb. paral. Borowing. fo.* 52 *a. Dyer. fo.* 21. *nu.* 31. n *Dyer f.* 51

Sect. 3. Plegii autem si ob defectum principalis conveniantur, & pecuniam promissam solvere cogantur, actionem suam contra eum habent *h*.

DE LITERARUM OBLIGATIONIBUS.

TIT. XXII.

PER scripturam quoque obligatur quis: ut si quis scripserit alicui se debere, sive pecunia numerata sit sive non, ex scriptura obligatur: nec exceptionem non numeratæ pecuniæ contra scripturam habebit: quia scripsit se debere *i*.

Sect. 1. Literarum obligationes celsioris apud nos videntur esse naturæ, & magis ligare quàm stipulationes. Nam si scriptura intercesserit, consideration:m vel συνάλλαγμα exprimi non est necesse *k*. Si verbalis contractus de re aliqua fiat, & deinceps obligatio in scriptis inde contexatur: contractus ille prior penitus extinguitur, nec actionem aliquam dat: sed solum cheirographum vires habet *l*. Quod tamen in debito insinuato vel recordato, aut etiam aliâ obligatione prioti in scriptis conceptâ, aliter se habet *m*. Literarum etiam obligatio verbali aliquo pacto de non petendo minime tollitur *n*.

Sect. 2. Harum quoque duæ sunt species, sicut & stipulationum, una nimiram simplex dicitur, quâ debitor solum debitum agnoscit & se persoluturum spondet: altera conditionalis, quæ majorem summam (utpote duplum) præ se fert: conditionemque habet annexam, quæ à pœna liberat, modo principale debitum die assignato persolvatur.

Sect. 3.

§. 3. Etiam hæc in conventionalem & judicialem rectè dividitur. Conventionalis eſt illa quæ ex conſenſu partium coram privatis hominibus ſcribitur, conſignatur & traditur. Judicialis quæ coram Judice aliquo, ſeu ſaltem Judicis vices ſupplente initur. Cujuſmodi ſunt Recognitiones, Scripta de ſtatuto mercatorio, & de ſtatuto Stapuli *o*.

o *v. nonum librum intrationum: Action ſur le ſtatut.*

§. 4. Recognitio definitur eſſe literarum obligatio inſinuata ſive de recordo, teſtimonium perhibent debitorem ſive recognitorem, creditori ſive recognizato debere talem pecuniæ ſummam, & agnoſcitur in curia aliqua de Recordo, aut coram aliquo Judice vel publica perſona ad eam accipiendam habente poteſtatem. Hi autem ſunt magiſtri Cancellariæ, Juſticiarii alterutrius banci, Barones ſcaccarii, Juſticiarii pacis, &c. Recognitiones quoque illæ propriè dicuntur, quæ non ſigillo Recognitoris communiuntur, ſed in Archivis Curiæ deſcribuntur & irrotulantur. Harum vis talis eſt, ut ob debitum non ſolutum executioni mandatæ, creditorem in omnium debitoris catallorum, (exceptis jumentis & aliis inſtrumentis ad agriculturam neceſſariis) & in mediæ terrarum partis poſſeſſionem immittant, donec ſibi de debito ſatisfiat *p*.

p *weſtus ſimbolaiogr. parte* 1. *l.* 2. § 149.

§. 5 Scriptum de ſtatuto mercatorio eſt literarum obligatio ſigillata & inſinuata ſive de Recordo (ut loquimur) teſtans debitorem debere credſtori certam pecuniæ ſummam. Hæc agnoſcitur coram talibus perſonis quales à ſtatutis hanc authoritatem ſibi delegatam habent: ut ſunt clerici, qui à munere ſuo clerici ſtatutorum mercatoriorum appellantur, & Major, vel principalis Gardianus civitatis Londinenſis, aut duo ejuſdem mercatores ad hoc ſpecialiter aſſignati: & *ſeqq.*

v. an. 23 *H.* 8. *c.* 6. & *an.* 37. *c. juſd. c.* 9. *v. Cocum l.* 3. *ſuarum relat. Caſu Harbert fa.* 11. & 12.

assignati aut saltem Major, principalis Gardianus, vel alii viri idonei aliarum sive civitatum, sive burgorum hanc potestatem habentium. Sigillantur autem tam sigillo debitoris, quàm Regis. Rex enim sigillum ad hoc negotium habet speciale in duas partes inæquales divisum, quarum altera quæ minor est, clerici statutorum, altera Prætoris vel principalis Gardiani fidei & custodiæ committitur. Hujus obligationis executioni subjicitur corpus debitoris, si laicus sit & apprehendi possit: sin minus, aut captus non possit intra tempus trimestre creditori satisfacere, tam bona quàm terræ ejus eidem submittuntur *q*. Debitori tamen incarcerato creditor panem & aquam suppeditat *r*.

§. 6. Scriptum de statuto Stapuli duplex est: alterum sic propriè dictum, alterum impropriè. Quod propriè sic dicitur, definitur esse obligatio insinuata sive de Recordo, quæ coram Majore stapuli in præsentia alterius duorum Cunistabulariorum recognita & per eum sigillata. Vi autem hujus obligationis, si debitor in solutione defecerit, creditor, authoritate prætoris, corpus, terras, & bona ejus sibi usque ad satisfacti onem arripit & detinet, modo infra limites Stapuli ipse reperiatur, vel bona ejus prehendi possint. Si verò neque corpus neque bona sufficientia illic reperiantur, Cancellarius Angliæ hujus rei sub prætoris sigillo certior factus, ultra decernit, tam corpus quam bona ejus ubicunque capi & terras extendi, donec creditori satisfactum fuerit *s*.

§. 7. Scriptum de statuto Stapuli improprie dictum, est obligatio coram altero capitalium Justiciariorum, aut in eorum absentia, coram Majore stapuli Westmonasteriensis, & civitatis Londinensis

q west. ibidem sect. 151. Stat. un. 13. Ed. 1. stat. 3. & an. 5. H. 4. c. 12.

r Fitzb. nat. br. fo. 116. o & 133. C. & dicto an. 13. Ed 1. stat. 3. Brocus statut. 15.

s westus eodem sect. 153. Statut. an. 27. Ed. 3. stat. 2. c. 9.

Londinensis Recordatore agnita. Easdem in executione cum illo alio vires habet. *Hoc* autem ideo videtur improprie dictum, quia non tantùm inter mercatores, sicut prius illud, locum habet, sed eorum exemplo ad omnes Regis subditos usu suo extenditur *t*.

Sect. 8. Inter prudentes nostros aliquando dubitatum fuisse videtur, num tessera illa lignea, quam Tallium dicimus, literis obligatoriis inscripta & sigillo debitoris insignita, obligatio scripta dicenda esset: sed quia literæ ligno inscriptæ facile ablui & mutari possint, tam apertum ad fraudum aditum patefaciendum non duxerunt *u*.

Sect. 9. Obligationes illæ conventionales in prima persona concipiendæ sunt. Nam in tertia personâ conceptæ nullius sunt roboris. Quamvis aliqui hoc scitum cheirographis apud exteras nationes confectis astringi velint *x*.

Sect. 10. In istis obligationibus literatoriis, sicut & in aliis scriptis (quæ nostri facta dicunt) quædam sunt de earum essentia, ideoque tam necessaria reputantur, ut sine principalis obligationis interitu abesse nequeant: quædam verò, quæ minus requiruntur, quia ad earum firmitatem minus faciunt. Prioris generis sunt, scriptio in charta vel pergameno, sigillatio, & traditio. Alterius verò indictio seu datus, cujus omissio vires obligationis non enervat *y*.

t *Westm. eodem sect.* 155. *stat. an.* 23. *H.* 1. *c.* 6.

u *Brocus obligations* 80. *Eitzh. nat. br. fo.* 121. *l.*

x *an.* 38. *Ed.* 3. *c.* 4. *sed v. Brocum Obligation.* 51. 65.

y *v. Cocum l.* 2. *casu Godard. fo.* 5. *a. v. Dyer. fo.* 192. *nu.* 26.

DE OBLIGATIONIBUS EX Consensu.

TIT. XXIII.

CONtrahitur obligatio non solùm scripto & verbis, sed & consensu, sicut in contractibus bonæ fidei: emptionibus nimirum venditionibus, locationibus, conductionibus, societatibus & mandatis. Et ideo dicuntur hujusmodi obligationes contractæ ex consensu, quia nec scriptura nec præsentia semper est necessaria *z*.

z Glanvil. l. 10. *c.* 14. *Bract. l.* 3. *tract.* 1. *c.* 2. *nu.* 9.

§. 1. Non est hic prætermittendum, veteres nostros Jurisconsultos, obligationes istas, quæ re, verbis, scriptis vel consensu contrahuntur, non tam contractus quàm contractuum apparatus seu vestimenta dicere: quibus etiam addunt traditionem & junctura *a*; id est pactorum cumulationem, aut pacti ad pactum adjectionem *b*. Contractus enim sine consensu esse non potest. Quapropter reliquas formas hujus potiùs ornatus forte dixerint, quia consensus omnibus eis inest, qui contractui esse dat, & aliquid ultrà quo consensus declaratur & probatur.

a Bract. l. 3. *tract.* 1. *c.* 2. *nu.* 1. *Brit. c.* 28.

b Fleta. l. 2. *c.* 60.

§. 2. De traditione satis supra videtur esse dictum *c*. Junctura de qua loquuntur, est, quâ plura pacta de eadem re in stipulationem deducuntur. Plùra enim pacta æquè atque plures res in stipulationem deduci possunt *d*.

c tit. de rerum divisione.

d Bract. l. 3. *tract.* 1. *c.* 2. *nu.* 11. *Brit. d. c.* 28.

DE

DE EMPTIONE ET VENDITIONE.

TIT. XXIV.

EMptio & venditio contrahitur, cùm de precio convenerit inter contrahentes: dum tamen à venditore arrarum nomine aliquid receptum fuerit. Quia quod arratum nomine datum est, argumentum est emptionis & venditionis contractæ, nisi tamen dies detur solutioni, quo casu arræ non requiruntur *c*. Sed si scriptura intervenire debeat non erit perfecta emptio & venditio, nisi cùm fuerit partibus tradita & absoluta. Et cùm arræ non intervenerint vel scriptura, nec traditio fuerit subsecuta, locus erit pœnitentiæ, & impune possunt partes contrahentes à contractu recedere *f*. Si tamen arrarum nomine aliquid datum fuerit ante traditionem, & emptorem emptionis pœnituerit, ut à contractu resilire voluerit, perdat quod dedit. Si autem venditorem, quod arrarum nomine recepit emptori restituat duplicatum *g*. Sed si pretium solutum fuerit, vel ejus pars & traditio subsecuta: perfecta erit emptio & venditio, nec potetit postea aliquis contrahentium à contractu resilire prætextu precii non soluti vel in parte vel in toto: Sed agere poterit venditor ad recuperandum id quod de precio defuerit per actionem competentem, sed non ad ipsam rehabendam *h*.

§. 1. Sed oportet ut certa sit res quæ venditur, aut saltem ad certitudinem reduci possint, & certum constituatur precium. Nulla enim emptio esse potest, sine certo precio, nec etiam aliqua

c *Brocus Contract.* 15. & *Action sur le case.* 60.

f *Glanvil. l.* 10. *c.* 14. *Bract. l.* 2. *c.* 27. *nu.* 1. *Flet. l.* 2. *c.* 58. & *emptio & seqq.*

g *Glanvil. ibid.* & *Bract. ibidem nu.* 2.

h *Idem ibidem.*

aliqua res incerta peti poterit. Si autem inter contrahentes ita convenerit ut res empta sit tanti quanti talis æstimaverit: nisi ille talis pretium definiverit, vel si ille definire noluerit vel non possit, nulla emptio vel venditio, quasi nullo precio constituto *i*.

i *Bract. ibidem nu.* 1. *Fleta l.* 2. *c.* 58. *in prin. Dyer. fo.* 91. *nu.* 11.

§. 2. Precium rei emptæ in numerata pecunia etiam nostro jure consistere debere videtur, ut emptio & venditio fiat: aliter enim permutationis, sive (ut nos loquimur) excambii naturam contractus induit *k*. Quamvis si res tales commutentur, quæ aptè sine scriptura rransferri non possunt: excambii verbum ictipturæ necessariò inserendum aliqui dicunt, ut fiat permutatio *l*. Et hoc ideo forte fit, quia ipsum excambii verbum warrantiam implicitè continet, id est, compensationis sponsionem, si rem permutatam evinci contigerit *m*.

k *v. Fulb. paral. c. exchange fo.* 32. *a. & Perk eodem* 244. *cum seqq. v. Marantæ singularia verbo permutatio.*

§. 3. Cum emptio & venditio contracta sit, ante traditionem & post, periculum rei emptæ & venditæ illum generaliter respicit qui eam tenet, nisi aliter ab initio convenerit. Quia revera qui rem emptori nondum tradidit, adhuc ipse dominus erit. Nam traditionibus & usucapionibus dominia transferuntur *n*. Exempli causâ, si bos mortuus fuerit ante traditionem, vel ædes incendio consumptæ, vel fundus vi fluminis in parte vel in toto consumptus vel abiatus, videtur quod totum periculum pertinet ad venditorem. E contrario quoque videtur, quod si post emptionem ante traditionem, feudo vendito aliquid per alluvionem vel alio modo accreverit, commodum ad venditorem pertinebit. Ipsum enim sequi debent commoda, quem sequuntur incommoda, & incommodum ejus esse debet cujus est periculum *o*. Verùm tradi-

l *Fulb. ibidem.*

m *Brocus exchange* 2. 12.

n *Glanvil l.* 10. *c.* 14. *Bract. l.* 2. *c.* 27. *nu.* 2.

o *Bract. ibidem Fleta l.* 2. *c.* 58. § *Si quis autem.*

tione

tione opus non eſt, ubi terræ per fictum irrotulatum venduntur *p*, ſeu per excambium alienantur.

§. 4. Poterit quoque Emptio & venditio contrahi inter aliquos tum ſub conditione quàm purè. Nempe ſi talis res empta infra certum diem emptori placuerit, ſit ei empta aliis tot: & ſi diſpicuerit emptori reſtituatur *q*.

§. 5. Si quis autem rem ſacram, quæ vendi non poteſt, à venditore emerit, cùm contractus ſtare non poterit, emptor à venditore conſequatur quatenus ſuâ interfuit non fuiſſe deceptum. Quamvis emptor ſcire teneatur, quæ & qualis ſit res quam emerit, ſacra vel non ſacra, obligata vel non obligata *r*.

§. 6. Cùm autem venditor rem ipſam vendiderit tanquam ſanam & ſine mahemio, & poſtea mahemiata inventa fuerit vel minus ſana: & probari poterit ab emptore, quod tempore contractus talis fuerit: tenebitur venditor rem ſanam habere. Sed ſi tempore contractus ſana & ſine mahemio fuerit, quicquid de eo poſtea contigerit non tenebitur *ſ*.

§. 7. Cum rem immobilem vendat quis, ut terram: & in venditione promiſerit eam eſſe liberam, cùm ſit ſerva, vel non oneratam, cùm ſit onerata, vel non oblatim, cùm ſit obliaata: per hoc non reſcinditur contractus, ſed agere poteſt emptor contra venditoeem ad hoc, ut ei teneat quod promiſit *t*. Quod quoque verum eſt ſi vel quantitatem vel qualitatem rei venditæ præſtare aſſumat, & potea contrarium reperiatur *u*.

p *Nou. term. jur. verbo Bargin. v.*

Doct. & ſtud. l. 1. *c.* 7. *Litleton. l.* 1. *c.* 8.

q *Bract. l.* 2. *c.* 27. *nu.* 2. *Flet. l.* 2. *c.* 58. § *Item. poterit.*

r *Bract. ibidem. Fleta. l.* 2. *c.* 58. § *Si quis autem. Glanvil. l.* 10. *c.* 14. *Bract. l.* 2. *c.* 27. *nu.* 2. *Fitzh. nat. br. fo.* 94. *C. vid. Doct. & ſtud. l.* 2. *c.* 42. *Fleta. l.* 2. *c.* 58. § *Cùm autem emptio. v.* 1 *yer. fo.* 75. *nu.* 27.

t *Bract. ibidem Fleta l.* 2. *c.* 58. § *Item cùm rem. c. Bargains fo.* 15. *a. b.*

u *Fulb paral.* Sect.

§. 8. Emptori & hæredibus suis tenetur venditor & hæredes sui rem emptam præstare, & (juxta phrasin nostram) warantizare. Sive mobilis sive immobilis *x*. Aliqui tamen in hac opinione esse videntur, ut ad rem warantizandam venditor non teneatur ipso jure nisi in casibus à jure expressis *y*.

§. 9. Res incorporales sine scripto apud nos emi vel vendi non possunt *z*.

§. 10. Esculenta putrida vel aliâs vitiosa, & merces aliæ fallaces diversorum generum venum apud nos exponi prohibentur *a*. Sed hæc ad jus publicum quoque pertinent.

§. 11. Contractibus in nundinis vel publico foro factis rerum proprietates alienantur, nisi Regis sint, aut per collusionem fiant: ita ut omnis evictionis metu emptor hoc casu liberetur *b*: dum tamen aliqua observentur, quæ in equorum venditione leges exigunt *c*.

§. 12. Ut denique non donari, sic nec vendi actiones possunt *d*, nisi regi vel per regem *e*.

x *Glanvil. l.*10. *c.* 15. *Bract. l.* 2. *c.*27. & *l.*5. *tract.*4. *per totum v. Dyer. fo.* 75. *nu.* 23. *Brit. c* 35. 36. & *seqq. Fleta. l.*1. *c.* 38. § & *quod.* & *l.* 2. *c.*58. § *si quis autem.* & *l.*6. *c.*23. §. *vocare autem.* y *Fulb. paral. c. Bargaines fo.*15. *b.* & 16. *a. v. Cocum. l.*3. *casu Fermor fo.* 78. *v. Cocum l.* 4. *casu Noke fo.*80. 81. & *casu Bastard. fo.* 121. *a.* z *Doct.* & *stud. l.*1. *c.*8. *an* 1. R. 3. *c.*1. a *v. an.* 13. *H.*4. *c.* 1. & *an.* 11. *Ed.*4. *c.*7. & *cum alys statutis numero fere infinitis* b *Doct.* & *stud. l.*1. *c.*25. & *l.*2. *c.*47. & 49. *Fulb. paral. contracts fo.* 7. *a. v. tamen. Perkinum Grawnts* 93. *Fleta. l.*1. *c.*38. *Sect. si quis autem.* c *Bract. l.*2. *c.*28. *v. Cromt. Jurisd. fo.*221. *b. v. Dyer. fo.*99. *nu.* 66. d *v. Plowd. casu Patridge fa.* 79. *b.* e *Brocus*

DE LOCATIONE ET CONDUCtione.

TIT. XXV.

LOcatio & conductio proxima est emptioni & venditioni: quia sicut emptio & venditio contrahitur, postquam de precio convenerit: ita

locatio

locatio & conductio constitutâ mercede *f*. Nam cùm quis locat rem suam alii usque ad certum terminum, certâ interveniente mercede, tenetur locator rem locatam ad usum dare, conductor quoque solvere mercedem *g*.

Sect. 1. Merces præcipue consistit in pecuniis numeratis: sed apud nos æque in tritico & aliis hujusmodi *b*, & etiam aliquando in sola fidelitate *i*. Sed cùm terras pro terris locemus hæc permutatio est *k*.

Sect. 2. Emphiteusin, quam Romani dubitabant, emptionem & venditionem, an locationem & conductionem appellarent, nos feudisimam dicimus, de qua alibi dictum videtur quod satis est *l*.

Sebt. 3. Locamus autem & conducimus res mobiles, ut equos, boves, oves *m*, & immobiles ut terras *n*: adeoque incorporales, ut pascendi jus *o*, decimas *p*, res tamen incorporalis non sine chartis *q*: (nisi res aliqua corporales, ut ecclesia, cæmiterium, gleba, vel ædes Rectoriæ principaliter dimittantur: nam sic nomine pertinentium decimæ & oblationes rectè veniunt *r*,) præterea operas *s*: sed quantitatem non tutò, quia labes hoc modo facile contrahitur *t*,

Sect. 4. Qui pro usu vestimentorum, auri vel argenti, vel alterius ornamenti, vel fumenti mercedem dederit vel promiserit, talis ab eo desideratur custodia, qualem diligentissimus paterfamilias suis rebus adhibet: quam si præstiterit, & rem casu aliquo amiserit, ad eam restitu-

f *Glanvil. l.* 10. *c.* 18. *Bract. l.* 2. *c.* 28.

g *Bract. l.* 2. *c.* 28. *Fleta. l.* 2. *c.* 59.

h *an.* 14. *Eliz. ab. c.* 11.

i *Litle. l.* 1. *c.* 7.

k *Litle. l.* 1. *c.* 7.

l *Supra de reb. corp. & incorporal.*

m *Fitzh. nat. br fo.* 86. *D. Brocus Leases* 23.

n *Fitzh. nat. br. fo.* 146. *L. Litle. t.* 8. *c. in fin.*

o *Fitz. nat. br fo.* 86. *B. lib intratio Agistment.*

p *Nov ter m. jur. verbo Lease.*

q *Brocus Lease* 1. 5. 12. *v. tamen* 17. *& 23 an.* 23 *H.* 6. *c.* 10.

r *Brocus Lease* 15. 20. *s Lib. intrat Servant. Doct. & stud. l.* 2. *c.* 38. *t v. an.* 13. *Eliz. c.* 8. *& an.* 37. *H.* 8. *c.* 9.

restituendam non tenebitur, nisi aliter convenerit. Nec sufficit aliquem hoc casu talem diligentiam adhibere, qualem suis rebus propriis adhiberet *u*.

u *Bract. l. 2. c. 28. nu. 2. Doct. & stud l. 1. c. 23. l. 2. c. 4. Flet l. 2. c. 59. Sect. Qui autem.*

Sect. 5. Terrarum & rerum immobilium locationes maximas omnium turbas apud nos hodie videntur excitare. Ideoque res postulat, ut illud quod de terrarum & tenementorum locationibus leges nostræ loquuntur, paulo fusiùs hoc in loco tractemus. Terras itaque locare possunt omnes qui in eis feudum habent sive simplex sive talliatum, idque sive suo, sive

x *an. 32. H. 8. c. 28.*

ecclesiarum aut uxorum jure *x*. Quod quoque verum est in his qui terras cum alio pro indiviso tenent *y*. Ille etiam ad cujus usum alius in

y *Litleton. l. 3. c. 3.*

terris feoffatus fuerit, terras quarum usum sibi

z *Litleton. l. 3. c. 5.*

reservatum habet, potest dimittere *z*. Corpus quoque politicum potest locare, licet non nisi

a *Brocus Lease* 3. & 42

per chartam *a*. Item qui vel liberum tenementum habet *b*, vel etiam terras conductas dum tamen tempus ad quod ipsi tenent, non excedant. Etiam tutores vel curatores usque ad

b *Brocus Lease* 4.

pupillorum justam ætatem.

Sect. 6. Qui jure suo feudum simplex habet, ad quotcunque velit annos terras locare potest, dummodo tamen non corpori politico, ne modum excedendo ad manum mortuam dimisisse videatur *c*. Qui feudum talliatum, suo,

c *Brocus Leases.* 49.

vel simplex, alieno jure, ecclesiarum videlicet aut uxorum, tenent, paulò arctius cohibentur. Nam terras, jam antea ad longiorem quàm unius anni terminum locatas, denuo locare non possunt, neque ullas quæ intra viginti annos proxime elapsos communiter locari non solent: neque illas pro minori mercede quam priùs locabantur: aut ad longiorem terminum

minum quàm viginti unius annorum aut trium vitarum, idque sine permissione vasti. His etiam adjungendum est, ut qui uxoris jure feudum teneat, conjunctim cum uxore idem dimittat, nec potestatem habeat mercedem quoquo modo avertendi, quo minus ad legitimum hæredem post uxoris obitum perveniat *d*.

d *an.* 32. *H.* 8. *c.* 28. *quod vide latius.*

Sect. 7. Archiepiscopi aut Episcopi terras suarum ecclesiarum ultra terminum viginti unius annorum aut trium vitarum ab initio ejusdem locationis computandum, locare non possunt: neque quidem pro minori reditu quàm prius locari solebant *e*.

e *an.* 1. *Eliz. b. non impres. v. Dyer fo.* 145 *n.* 65.

Sect. 8. Magistri & socii Collegiorum, Decani & Capitulum, Gardiani hospitalium, & omnes ecclesiastici terras suorum Collegiorum ecclesiarumve collegiatarum ultra terminum viginti unius annorum aut trium vitarum à tempore locationis computandum (idque si privata eorum statuta hoc permittant, & non aliter) aut pro minori quàm solitâ mercede, locare prohibentur *f*. Neque sic quidem nisi locatio prius facta, si quæ talis sit, infra triennium proximè sequuturum, finem habitura sit *g*. Collegia etiam tam utriusque Academiæ, quàm etiam Ætonæ & Vintonæ tertiam mercedis partem in granis, juxta Constitutionis præscriptum, accipere tenentur *h*. Domus tamen quas in aliqua civitate, burgo, villa incorporata, aut publico emptorio sitas habent & fundos ad eas spectantes qui quantitatem decem acrarum non attingunt, non prohibentur quo minus juxta communem Angliæ legem modo privatis Collegiorum aut ecclesiarum statutis non contrariam, liberè dimittant *i*.

f *an.* 13. *Eliz. ab. c.* 10.

g *an.* 18. *Elix. c.* 11.

h *an.* 14. *Eliz. ab. c.* 11.

i *an.* 14. *Eliz. c.* 11.

Sect. 9. Quidam cathedralis ecclesiæ præbendarius

darius partem suæ præbendæ locat, dictamque locationem suam Decani & Capituli consensu confirmari procurat. Quæsitum est aliquando num hoc sine Episcopi consensu sufficeret, nec leviter dubitatum: idque quia Episcopus cujusque præbendæ & patronus est & ordinarius. Usus tamen quotidianus ejus consensum non necessarium probat *k*.

Sect. 10. Qui beneficia curata habent, ea ad aliquod tempus, diuitius quàm ipsi super eis residebunt (absentiâ tamen 80. dierum quotannis permissa) locare nequeunt, nisi duo per leges possidere possint: quo casu, quia super utroque continuo residere non datur, alterum curioni suo dimittere permittuntur *l*.

Sect. 11. Locationis terrarum & tenementorum sæpe fiunt ad vitam conducentis *m*, aut etiam alterius *n*, aut ad plures *o*, aut ad terminum annorum *p*, aut denique ad vitam, & post eam extinctam ad terminum annorum *q*: idque per chartam vel sine charta *r*, neque solùm per chartam indentatam, sed etiam planam illam quam nostri (pol deede) vocant *s*.

Sect. 12. Si quis autem terras per chartam, vel sine charta locaverit mentionem termini non faciens & possessionem conductori tradens, ad vitam conductoris eas locasse præsumitur *t*.

Sect. 13. Terrarum ad terminum annorum locatarum possessionem conductori tradi non opus: ipse enim virtute conductionis, eas ingredi potest (nisi tamen præter locationem concessio alteri etiam ad remanentiam ad vitam aut in feudo eâdem chartâ fiat *u*.) Nam si quis alicui ad terminum annorum terras locaverit, licèt antè conductoris ingressum fato cedat: conductor tamen possessionem terrarum hujusmodi rectè capit *x*.

Sect. 14.

k *Dyer. fo.* 61. *nu.* 30.
l *an* 13. *Eliz. c.* 20.
m *Litle. l.* 1. *c.* 6.
n *Idem ibidem.*
o *Idem ibidem.*
p *Idem ibidem.*
q *Brocus Leasc.* 51.
r *Litle. ubi supra*
s *Fitz. nat. br. fo* 145.
t *Litle. l.* 2. *c.* 3. *rationem hujus doctrinæ habes apud Plowd in casu Throckmorton f.* 152. *b.*
u *Litle. l.* 1. *c.* 7.
x *Idem ibidem.*

Sect. 14. Locator terras locatis conductori præstare tenetur. Conductor enim ante terminum finitum ejectus actionem ex conventione contra locatorem habet *y*, idque sive per ipsum locatorem sive per alium ex antiquiori titulo spoliatus: neque ipse solùm sed etiam assignatus ejus *z*.

Sect. 15. Si tamen tertius eum contra jus ejiciat, damna recuperat contra ejicientem *a* nisi tamen per chartam locator convenerit, quòd ejectus contra se actionem ex conventione capere poterit *b*.

Sect. 16. Conductor ad vitam suam per chartam tenens, quia liberum habet tenementum, si per locatorem ante terminum completum ejiciatur, non agit ex conventione, sed assisam adducit *c*.

Sect. 17. Si locatio fiat ad annum, & sic ab anno in annum: anno finito & altero cæpto, non potest aut locator conductorem ejicere, aut conductor invito locatore prædium deserere. Nam quisquis eorum à pacto recedere velit, alterum de intentione sua præmonere debet *d*.

Sect. 18. Locator conductorem qui ad voluntatem tenet, sic amovere non potest, ut sementem per eum factam non metat, aut ut idoneum tempus ad asportandam supellectilem non habeat *e*. Quod tamen in conductore ad annos aliter se habet: quia illi tempus suum perspectum satis est & cognitum *f*.

Sect. 19. Terras conducere omnes possunt regulariter, ecclesiastici tamen nisi ad necessariam familiæ suæ sustentationem hoc faciant prohibentur *g*.

Sect. 20. Conductor ad mercedem præstandam locatori tenetur: in qua si defecerit locator

y *Fitzh. nat. br. fo.* 145. *M. Dyer fo.* 328. *nu.* 8.

z *Idem ibidem* 1. & *fo.* 146. *D.*

a *Idem ibidem.*

b *Idem ibidem.*

c *Idem ibidem.*

d *Brocus Lease.* 13. 22.

e *Litle. l.* 1. *c.* 8. *Institit. jur. com. c.* 2. *u. Dyer. fo.* 173. *nu.* 15.

f *Litle. ibidem.*

g *an.* 21. *H.* 8. *c.* 13.

tor eum distringere durante termino potest, idquè videtur verum sive hoc conventum fuerit sive non. Nam invecta per conductorem in tenementum pignori pro mercede sunt annexa *h*. Sed post terminum non potest *i*. Mercedis solutio compensationem non admittit. Conductor enim solvendo ante diem non liberatur *k*.

Sect. 21. Si Conductor ad feudisirmam terrà conducta non utatur per biennium, quo minus distringi possit, locatori actio est, quâ eam in manus suas recipiat *l*.

Sect. 22. Sed in locatione ad annos vel vitam plerumque convenitur, ut si reditus ad certum diem quotannis, aut quolibet tempore semestri non solvatur, liceat locatori terras locatas ingredi, & sibi earum possessionem resumere: vel ut locatio prorsus irrita fiat & terminetur. In priori harum specierum, si merces die assignato non soluta per locatorem legitimè super terra requiratur, non solum ipse dum vivat, sed eo mortuo, (nisi saltem in vita sua pro reditu distrinxerit, aut eundem acceptum tulerit *m*,) hæres ejus in dictas terras reintrare poterit: aliter vero non item *n*. Reditus enim peti debet *o*, nec hoc casu dies pro homine interpellat. Si tamen conventum fuerit reditum aliquo loco extrinseco solvendum, nulla interpellatione aliquibus videtur esse opus *p*: licet alii recentiores contrà sentiant *q*.

Sect. 23. Quòd si vir & uxor terras nimis charta mercede conduxerint, illo ante terminum exactum mortuo, hæc dictam conductionem abdicare potest. Et si vir uxori supervixerit, eo postea defuncto, executores sui idem facere possunt, si testatoris bona reliquis creditoribus (illâ mercede ad terminum annorum

h *Doct. & stud. l.* 2. *c.* 9. *Litle. ubi supra. Bract. l.* 2. *c.* 28. *nu.* 1.
i *Litl. l.* 1. *c.* 5. *Flet. l.* 2. *c.* 59. *in prin.*
k *Cokus l.* 4. *casu Bevil. f.* 10. *a.*
l *an.* 6. *Ed.* 1. *c.* 4. *westm.* 2. *c.* 21. *Fitzh. nat. br. fo.* 209. *G.*
m *v. Cocum vol.* 3. *casu Pennant.*
n *Doct. & stud. l.* 1. *c.* 20. *v. Dyer. fo.* 51. *nu.* 17.
o *Perkinus Conditions* 836.
p *Dyer. fo.* 68. *nu.* 34.
q *Cocus vol.* 4. *casu Borowghes. fo.* 37. *a.*

annorum computatâ) non ſufficiant *r*.

§. 24. Si quis terras ad annum locaverit, ſub hac conditione, ut merces ad feſtum Sancti Michaelis ſolvatur, & interim conductorem acceptilatione Aquiliana, vel generali (ut nos loquimur) relaxatione de omnibus actionibus & demandis acquietaverit: merces ob hoc non remittitur *ſ*: quod tamen hujus juris relatori videtur aliquo modo admirandum.

§. 25. Verùm non ad mercedem ſolùm *t* ſed ad bonam & legitimam rei & conductæ tractationem conductor tenetur *u*. Adeo ut ſi vel ipſe vel tertius aliquis ſuper terris vaſtum fecerit, locatori obnoxius in pœna ſtatuti reddatur *x*, & remedio ſuo contra tertium relinquatur *y*: niſi tamen infans *z*. Meremium autem, id eſt, tigna ad neceſſariam reparationem capiens vaſtum non committit *a*.

§. 26. In locationibus & conductionibus quoad mutuam perſonarum obligationem, idem eſt jus quod in ſtipulatione *b*. Ideoque ſi conductor ſe facturum aliquid vel non facturum receperit, executores vel aſſignatos ſuos minimè nominando, ipſe ſolus tenetur, ii ſunt omni vinculo liberi *c*: Hæc enim ſpecies aliquando diſceptanda accidit: Conductori ſic cum locatore convenit, ut ſi ipſe, executores vel aſſignati ſui terras conductas cuiquam alienarent, tum locatori vel hæredibus ſuis licitum eſſet in eaſdem reintrare, dictumque conductorem, executores vel aſſignatos ſuos funditùs ejicere. Non ita multo poſt morbo lethali correptus, teſtamento condito uxorem executricem conſtituit & moritur. Illa ſecundo viro nubit, qui jus vel terminum ſuum in dictis terris alienat. Multúmque dubitatur, an hoc caſu locator reintrare poſſit

r *Doct. & ſtud. l. 2. c. 33. v. Lyer. fo. 146. nu. 70.*
ſ *Letle. l. 3. c. 8.*
t *v. Dyer. f. 4. b. nn. 1.*
u *v. Dyer. fo. 324. nu. 34.*
x *Statutum Gloceſt. c. 5. au. 6. Ed. 1. v. Dyer. fo. 90. nu. 9. 10. fo. 108. nu. 31. & fo. 198. nu. 43.*
y *Doct. & ſtud. l. 1. c. 31. l. 2. c. 4.*
z *Idem l. 1. c. 17.*
a *Idem ibidem.*
b *v. ſupra de verb. obliga. §. 5.*
c *Dyer fo. 65. nu. 8.*

d *Dyer. fo.* 6. *nu.* 5.

e *Fitzh. nat. br. fo.* 145. K.

f *Doct. & stud. l.* 2. *c.* 4. *Dyer. fo.* 33. *nu.* 10 11. *fo.* 36. *nu.* 35. *fo.* 56. *nu.* 14. *an.* 12. *H.* 8 *fo.* 1. *b.*

g *Litle. l.* 1. *c.* 8.

h *Idem ibi. v. Dyer. fo.* 90. *nu.* 9. 10.

possit: quia nimirum hic secundus vir prioris neque executor neque assignatus fuit. Sed tandem pro locatore decisum est: quia vir secundus hoc casu licet non facto, lege tamen assignatus judicatur *d*.

§. 17. Si conductor ad ædes sartas tectas in fine termini relinquendum se obligaverit, locator usque ad terminum finitum ex conventione agere non potest, licet conductor ædes diruat, vasti tamen actionem habet *e*.

§. 28. Conductor ad vim majorem non tenetur, utpote ingentes tempestates aut hostium incursum, nisi ad hoc se expresse obligaverit *f*.

§. 29. Tenens ad voluntatem ad reparationes, ut tenens ad annos, non tenetur *g* si tamen vastum fecerit, actioni transgressionis subjicitur *h*.

DE SOCIETATE.

TIT. XXVI.

IN eorum sociorum, qui terras aliasque res pro indiviso tenent, jure disceptando, prudentes nostri plurimùm versantur. Eos autem vel participes, vel tenentes conjunctos, vel tenentes in communi appellant *i*.

i *Litle. l.* 3. *c.* 2. 3. 4.

k *Novi term. jur. verbo parceners & Litle. ubi supra.*

§. 1. Participes vel lege vel consuetudine fiunt *k*. Primi generis sunt duæ aut plures fœminæ ejusdem gradus, quæ ob hæredum masculorum defectum in antecessorum suorum hæreditatem æquali jure succedunt vel etiam duarum fœminarum filii ad quos terræ non prius divisæ à matribus descendunt *l*. Secundi sunt hæredes,

l *Litle. l.* 3. *c.* 1. & 2.

rides, qui ex conſuetudine diverſarum provinciarum, quam (Gavelkind) majores noſtri nuncuparunt, pro æquis portionibus ad anteceſſorum ſuorum ſucceſſionem vocantur, ſive fratres ſint, ſive iis deficientibus, ſorores, neptes, amitæ *m*.

§. 2. Tenentes conjuncti propriè vel impropriè *n* dicuntur. Propriè qui vel feudum, vel liberum tenementum, vel catallum aliquod reale pro indiviſo, vi ejuſdem tituli tenent: impropriè, qui catallum aliquod perſonale ſic poſſident. Hos autem vel ſua ſola voluntas conjunxit, utpote eos qui aliquid præmiſſorum ſuis pecuniis unâ perquiſiverint & pro indiviſo poſſident: aut alterius beneficentia, ſicut ſunt duo vel plures quibus quis aliquid conjunctim donavit *o*. Niſi tamen donatarii corpus politicum ſit, & nomine corporis capiant, aut alter eorum ad minus: quo caſu tenentes in communi ſunt *p*.

§. 3. Dupliciter itaque differunt participes & conjuncti tenentes, quia nimirum illi ſolo hæreditatis reſpectu participes dicuntur & neceſſitate conjunguntur: tenentes conjuncti perquiſiti vel donationis intuitu nomen ſuum ſortiuntur, & etiam voluntate ſuâ, nullâ neceſſitate, commiſcentur *q*.

§. 4. Sunt autem aliqui tenentes conjuncti, tantùm ad terminum vitarum ſuarum, qui tamen habent ſeparatas hæreditates. Quemadmodum ubi terræ duobus maſculis aut duabus fœminis donantur, & hæredibus qui ex eorum corporibus generati fuerint. Hoc caſu illi quamdiu erunt ſuperſtites, conjuncti tenentes appellantur. Nam altero eorum poſt ſobolem procreatam decedente, ſocius, durante vitâ ſuâ, integras

m *Litle. ibidem.*

n *Hæc diſtinctio non eſt expreſſa e Litle. tamen verbis non difficile colligitur. v. etiam Inſtit jur. com. c 15. quod lege. v. Dyer. fo. 67. nu. 18. & fo 160. nu 43.*

o *Idem. d. l. 3. c. 4.*

p *Litle. ibidem.*

q *Hæc ex dictorum authorum præceptis colligũtur*

tegras terras possidebit: Qui quoque si tandem relictâ prole, moriatur, ejus hæres cum hærede prius defuncti dictas terras tenebit in communi *r*. Et si alter donatariorum hujusmodi sine hærede moriatur, pars ejus post mortem socii sui ob defectum hæredis ad donatorem revertitur *s*.

r *Institut. jur. com. c.* 15.

s *Litle. l.* 3. *c.* 3.

§. 5. Tenentes in communi sunt qui rem eandem, utpote terras aut tenementa, vel etiam catalla sive personalia sive realia conjunctim, sed ex diversis titulis tenent *t*. Nam si participum tenentium conjunctorum unus jus suum extraneo vendiderit seu donaverit: hic & reliqui, quotquot sunt, tenentes in communi appellantur, reliqui tamen inter se pristinam appellationem retinent.

t *Litle. l.* 3. *c.* 4.

u *Hæc quoque ex dictorum autorum præceptis colliguntur.*

§. 6. Tenentes itaque in communi à participibus in hoc differunt, quòd non hæreditario jure rem communem, sicut illi possident, neque necessitate aliquâ copulantur: à tenentibus vero conjunctis, quòd diversis titulis rem communem adipiscuntur *u*: aut saltem ipsi tenentes tam dispares naturâ sunt, ut nullam conjunctionem admittant, cujusmodi sunt duo corpora politica inter se, aut corpus politicum cum persona singulari *x*.

x *Litle. l.* 3. *c.* 4.

y *Litle. l.* 3. *Institut. jur. com. c.* 14.

§. 7. Primo de participibus: Hi licèt ante hæreditatis partitionem fato cedant, partem suam ad suos liberos, si quos habeant, transmittunt: aliter verò reliquis sociis jure non decrescendi relinquunt *y*.

z *v. Dyer. fo.* 179. *nu.* 43.

a *Fitzh. nat. br.* 61. *K. quem etiam v. fo.* 259. *C.* 260. *B.* 261. *B. C.*

§. 8. Terras inter se vel ex mutuo consensu *z*, vel (si aliqui nolint) officio Judicis partiuntur. Nam qui partem suam secerni cupit, breve de partitione obtinet, quo reliquos ad divisionem cogit *a*. Fœminarum autem partici-

pum

quam si altera nupserit & post liberos marito suo superstites diem obeat: maritus per legem Angliæ tenens, ad partitionem, nisi prius facta fuerit, recte compellit *b*.

b *Litle. l. 3. c. 2.*

§. 9. Modum partitionis tam voluntariæ quàm necessariæ luculenter Litletonus describit *c*: sed hoc facti plus quàm juris continet. Tantùm istud videtur observandum, si voluntaria partitio fiat, uno vel pluribus participum infra ætatem viginti unius annorum adhuc existentibus, eam postea per illas justam maturitatem assecutos posse corrigi: dum tamen post ætatem completam vel commodorum perceptione, vel aliquo alio modo eam ratam non habeant *d*. Imo si feudum talliatum sit, licet omnes tempore partitionis maturi fuerint, eorum hæredes partitionem revocare possunt *e*. Item si partitio inæqualis fiat per maritos fœminarum cohæredum, earum alterutra post solutum matrimonium rectè ab eadem recedit *f*.

c *d. l. c. 2.*

d *Idem ibidem.*

e *Idem ibidem.*

f *Idem ibidem Fitzh. nat. br. fo. 62. E.*

§. 10. Si pars alicujus participum post partitionem aliquo jure evicta sit, ille vel illa ad novam partitionem reliquos compellere potest, & legitimam in illis terris adispici quas reliqui tenent *g*.

g *Litle. d. c. 2.*

§. 11. Si jus patronatus in hæreditate fuerit, & participes in præsentando clerico consentire nequeant, paciscei possunt, ut maximus natu primâ vice præsentet, & sic reliqui juxta ætatem: ad hoc si consentire nolint, urgeri possunt. Quilibet autem vice suâ præsentare per alios impeditus, legitimum remedium habet *h*.

§. 12. Si duo sint conjunctim tenentes in feudo simplici intra burgum ubi terræ & tenementa testamento disponi possunt, & alter eorum jus suum cuique det leget, & moriatur: hoc

h *Fitzh. nat br. fo. 34. I. & fo. 36. C.*

hoc legatum eſt inutile. Ratio datur, quia pars quæ ipſa ultima ſpiritus exhalatione, per legem ad ſocium devoluitur: adcreſcendi ſc: non deſcenſus jure integrum vendicantem, vi teſtamenti quod ante mortem teſtatoris vires non capit, ad alium transferri nullo modo poteſt.

i Litle. ibidem. ſc. d. 3. c. 3.

§. 13. Duo terras ad terminum annorum conjunctim conduxerunt, hoc inter locatores & eos convento, ut ſi dicti conductores ante terminum finitum obirent diem, locatio ſtatim ceſſaret. Conductores terras dividunt: alter eorum partem ſuam alienat & moritur. Locator demortui partem reſumere non poteſt: ſed is cui alienata fuit, eam ad vitam conductoris ſuperſtitis retinebit. Neque occupatio in hoc caſu locum habet. Si tamen duo ad vitas ſuas conduxerint & partitionem faciant, eorum altero decedente, ejus pars ad locatorem ſtatim revertitur *k*.

k Dyer. fo. 67. nu. 18.

§. 14. Duo terras conjunctim ad eorum vitas tenent, quorum alter partem ſuam ſyngrapho vel indenturâ (ut nos loquimur) ad terminum annorum tertio locat, reditum ſibi hæredibuſque ſuis inde reſervans, & moritur. Quæſtio ſuboritur utrum morte ejus titulus utrique evanuerit, an ſocius ſuperſtes integras terras pro vita ſua tenere debeat: & ſi debeat, utrum locatione ſocii ſui liberatas, an reditum tantùm ſuper locatione pro demortui medietate reſervatum habiturus ſit? Juſticiaciorum autem confeſſui viſum eſt, ſocio ſuperſtiti integras terras ad vitam ſuam competere, idque ſocii locatione immunes & ſolutas *l*.

l Dyer. fo. 187. nu. 5.

§. 15. Hoc quoque diſtat inter donatarios conjunctos feudum ſimplex habentes & participes, quòd neuter donatoriorum terras pro indiviſo

indiviſo poſſeſſas, reditu aliquo diutius quàm pro vita ſua, onerare poſſit, particeps vero poſſit. Et ratio differentiæ hæc eſt, quia donatarius ſocio ſuo aut ejus hæredi, qui jus ſuum non ab illo ſed à donatore derivat, præjudicium creare non poteſt: ſed participes, quia alii alias ob aliorum hæredum defectum ſuccedentes jus ſuum invicem deducunt, poſſunt *m*.

m *Litle. ibidem ſc. l. 3. c. 3.*

§. 16. Quod tamen in locatione planè diverſum eſt. Nam alter donatariorum qui proindiviſo ſibi & hæredibus tenent, ſi jus ſuum tertio ad terminum quadraginta annorum locaverit, & ante terminum completum moriatur: conductor, eo mortuo, jus locatum durante termino retinet: imo terras ingredi poteſt, licet non in vita locatoris illi traditas, aut per ſe aliquo modo poſſeſſas *n*. Rationem diverſitatis, inter reditum oneroſum & locationem, ſatis ſubtilem dat Littletonus *o*, quam ſtudioſis diſcutiendam relinquo.

n *Litle. ibidem.*

o *ibidem & inſtit. jur. com. titulo Joynt tenente.*

§. 17. Si duo conjunctim ſylvam cæduam teneant, & alter eorum, lignis venditis, integram pecuniam ſibi retineat, ſocius contra eum actionem non habet *p*. Neque tenentium conjunctorum vel in communi alter alterum jure vereri ad partitionem urgeri potuit *q*, niſi conſuetudo loci aliud ferret *r*: ſed hoc hodie aliter ſe habet *ſ*. Et tamen tenens tam conjunctus quàm in communi per ſocium ejectus actionem de violento introitu contra ſocium ſuum inſtituere poteſt.

p *Doct. & ſtud. l. 1. c. 14.*

q *Litle. ubi ſupra*

r *Fitz. nat. br. fo. 62. C.*

ſan. 31. H. 8. c. 1. & 32. *H. 8. c.* 32.

§. 18. Tenentes in communi, quia poſſident ex diverſis titulis, ſi per extraneum de poſſeſſione ejiciantur, habebunt ſinguli ſuas ſingulas actiones contra ejicientem: quod in tenentibus conjunctis

conjunctis secus est *t*. Actiones tamen personales, vel ad rem non apte divisibi em, tenentes in communi conjunctim persequuntur *u*.

Sect. 19. Hoc differentiæ est inter eos qui catalla realia & qui catalla personalia in communi tenent, quod illi per socium ejecti actionem vel de ejectione firmæ, vel de ejectione custodiæ e ra um, juxtâ casum uũ habent: hi verò non item: sed opportunitatem denuo arripiendi rem ablatam observare debent, si quæ efferatur *x*.

Sect. 20. Tenentes catallorum sive realium sive personalium in communi, si fato cedant, partem suam ad executores suos transmittunt, non sociis relinquunt *y*.

Sect. 21. Duo bona possident in communi, quorum unus ea tradit tertio: hic solus actionem super computo habet contra detinentem, & non socius *z*.

Sect. 22. Hoc videtur in participibus, tenentibus conjunctis, & tenentibus in communi æque verum esse, ut onus rei communis æqualiter ferant. Nam si unus vel plures eorum contribuere ad hoc recusent, reliqui contra recusantes actionem habent. *a*,

Sect. 23. Est denique alia tenentium in communi species apud nos quæ ratione conventionis *b* vel tenementorum suorum inter homines ejusdem feudi *c*, vel etiam diversorum aliquando *d*, coalescit. Nam in multis maneriis campos spatiosos dominus habet in quibus singuli tenentes pro rata tenementi sui, jus pascendi vel etiam cespites fodiendi vendicant. Sed hujusmodi campi quia non sine incommodo Reipublicæ partitionem ferre videntur: singuli qui in eis jus tale habent, si avaritiâ infecti nimiâ

t *Litle. ibidem.*
u *Broc. Tenants in com.* 2. 5. & 25.
x *Litle. ibidem.*
y *Idem ibidem.*
z *Fitz. nat. br. fo.* 118. H.
a *Fitz. nat. br. fo.* 162. *Breve de contributione faciendâ & fo.* 127. *de reparatione faciend.*
b *Hæc vocatur communa in groſſe.*
c *hi habent communam appendentem vel appetinentem Litle.*
d *communa per causam vicinagii v. Dyer. fo.* 27. *nu.* 12, 13.

miâ animalium multitudine eos premant ad justos terminos revocantur *e*.

DE MANDATO.

TIT. XXVII.

SEX modis contrahi potest mandatum apud nos æque atquè jure civili: solâ nimirum causâ mandantis *f*; vel causâ tam mandantis quàm mandatarii, vel solâ causâ tertii cujuscunque, vel causâ mandantis & tertii, vel mandatarii, & tertii. Exempla facilè suppeditari possunt: sed operæ hominum non sæpe gratis præstantur: ideoque mandatum, ut propriè intelligitur, non multo in usu est: ita ut è locatione cæterisque contractibus hæc supplenda sint *g*.

§. 1. Mandatarius actionem mandati contra mandantem non habet illegitimum aliquod vel injustum præcipientem *h*. At tertius, cui mandatum præjudicium aliquod tulit, sæpe habet vel etiam contra ratum habentem. *i*. Factum enim mandatarii mandantis factum Jus facit *k*.

§. 2. Mandatum in diem differri, & sub conditione fieri posse apud nos nihil prohibet: & morte tam mandantis quàm mandatarii extinguitur *l*.

§. 3. Mandati fines diligenter sunt custodiendi *m*.

e *Fitz. nat. br. fo.* 125. *Breve de admensura pasturæ.*

f *Fitz. nat. br. fo.* 121.

g *v. Glanvil. l.* 11. *c.* 3. *Brit. c.* 28. *novum librum intra Accompt. Atturn. Commandemēt. nov. term. jur verbo Accompt. Doct. & stud. l.* 2. *c.* 24. *v. Flet. l.* 2. *c.* 71. & 72. *ubi officia duorū mandatariorum vulgarium tract. senescballi sc. & ballivi in manerio.*

h *Brit. c.* 28. *Fleta l.* 6. *c.* 23. § *prohibetur.* i *Bract. l.* 4. *tract.* 1. *c.* 10. 26. & 27. k *Plowd. casu Chapman fo.* 289. *b.* 290. *a.* l *Flet. l.* 3. *c.* 15. § *de minori. v. tamen eum eodem in capite* § *si amicus. ubi dicit procuratorem constitutam ad tradendam possess. eam posse rectè tradere post mortem mandantis si eam nesciverit nisi hæres prohibeat.* m *Perkinus. Feofments* 188. & *seqq. Fulb. paral. c. Contracts fo.* 3. *b. Plowd. casu Remiger. fo.* 14. *a.*

N *N. Crynes* DE

DE OBLIGATIONIBUS QVÆ ex quasi contractu nascuntur.

TIT. XXIII.

n *Doct. & stud. l. 2. c. 51. Bract. l. 3. tract. 1. c. 2. nu. 10. Flet. l. 2. c. 60. in prin.* o *Dyer. fo. 36. nu. 38. 39. Fitz. nat. br.* p *fo. 118. B et nov. term. jur. verbo Gardein in Soccage. Ele. l. 3. c. 15. Sect. de minori.* q *v. supra tit. de societate Sect. si duo 17.* r *ibidem Fleta. l. 2. c. 60. in princ.* s *Fitz. nat. br. fo. 120. F. & 121. E. I. o.*

OBligationibus ex quasi contractu variæ jure nostro nascuntur: utpote negotiorum gestione, tutelâ, communi dividundo, familiæ erciscundæ, actione ex testamento, condictione indebiti, & ejusmodi *n*. Quod tamen ad negotiorum gestionem attinet, operæ absentium causâ sine mandato præstitæ, si verum mihi dicerim nonnulli jurisperiti, conscientiæ ejus cujus negotium geritur & integritati potiùs relinquuntur, quam actione aliquâ sustinentur. Imo quod magis videtur mirandum, fit aliquando ut quis ob benefactum suum transgressionis reatum incurrat, ut si quis vicini pecus ex alterius segete exigat, aut decimas pecorum voracitati expositas in horreum rectoris invexerit *o*.

§. 1. Tutores contra debitores pupillorum suorum rectè agunt: item finitâ tutelâ, ut rationibus reddendis obnoxii sunt, sic expensas muneris sui occasione factas contra pupillum vendicant *p*.

§. 2. Donatarius quoque qui contra donatarium de communi dividundo, id est, ad partitionem rei conjunctim utrique datæ *q*, & particeps qui familiæ erciscundæ contra socios agit *r*, non ineptè huc referuntur.

§. 3. Executores præterea testatorum debitores convenire possunt *s*, & tam ab eorum creditoribus

ditoribus quàm legatariis conveniri *t*. Quod etiam verum eſt in adminiſtratoribus eorum qui ab inteſtato deceſſerunt *u*. Item in ſucceſſoribus eis, quorum præceſſores Abbatiæ ſuæ nomine pecunias vel debuerunt, vel ſibi debitas reliquerunt *x*. Et in marito denique cujus uxor ante nuptias æs alienum contraxerat, & è contra alios ſibi obligatos habuit *y*.

Sect. 4. Cuſtos carceris, qui debitorem libenter dimiſit ; pro pecuniis debitis creditori ſe reddit obligatum *z*.

Sect. 5. Hæres quoque tenetur ex obligatione anteceſſoris ſui ſi in eo nominetur, & ab eo habeat unde eandem diſſolvat *a*. Quod tamen verum eſſe puto, ſi vel mobilia ad æs alienum diſſolvendum non ſufficiant, vel ſi executores in cheirographo non nominentur. Hæres quoque warrantia nominatur ad terras per anteceſſorem cum warrantia chartæ alienatas emptori præſtandas obligatur *b*.

Sect. 6. Si quis terras locaverit pro certo reditu, deinde reverſionem earum alii teſtamento ſio det leger, legatarius reditum à conductore recte petit *c*.

Sect. 7. Theolonites habens Regis pecunias manibus ſuis, debitor eſt ei, cui Rex per chartam illam annuitatem à tali Theolonite quotannis percipiendam conceſſit *d*.

Sect. 8. Denique ex contractu uxorum, liberorum, ſervientiumque noſtrorum qui merces noſtro nomine capiunt in noſtros uſus poſtea converſas, quaſi ex noſtro tenemur *e*.

t *Idem eodem fo.* 119. *m.* 121. *o.* 145. *D. H.*

u *Idem eodem fo.* 120. *D.*

x *Idem. fo.* 121. *K.* & 122. *E.*

y *Idem eodem fo.* 121. *C.*

z *Idem eodem. f.* 121. *A. P.* & 130. *B. V.* *Dyer. fo.* 275. *nu.* 46 & 47. & *f.* 278. *nu.* 5.

a *Fitzh. ubi ſupra fo.* 120. *C.*

b *Idem eodem fo.* 134. *D.*

Breve de warant. char. *Idem eodem fo.*

t: *N. d Idem eodem. fo.* 121. *F. e v. Doct. & ſtud. l.* 2. *c.* 42. *Fulb. paral c. Contracts. fo.* 3. & 4. *v. infra l.* 4. *tit.* 7. & *Plowd. caſu Remiger. fo.* 11. *b.* & *Dyer. fo.* 134. *nu.* 17.

PER QUAS PERSONAS NOBIS obligatio acquiritur.

TIT. XXIX.

ACquiritur nobis obligatio per procuratores, & per liberos quos sub potestate habemus, & per nosmetipsos & filios nostros, & per liberos homines servientes nostros, idque ex duabus causis: operibus sc. suis & re nostrâ. Item per servos proprios vel communes, vel in quibus usum fructum habemus, vel alios quos bonâ fide possidemus, dum tamen nomine nostro stipulati sint *f*.

f Bract. l. 3. tract. 1. c. 2. nu. 12. Flet. l. 2. c. 60. § Primus n pa-

QUIBUS MODIS TOLLITUR obligatio.

TIT. XXX.

TOllitur obligatio solutione: quia solvo eo quod debetur, omnis tollitur obligatio, sive ipse solvat qui debet, sive alius pro eo: idque sive debitore sciente sive ignorante, sive etiam invito *g*. Quod tamen ita verum esse non nulli volunt, ut cheirographum si quod sit, cancelletur, aut apocha per debitorem ostendi possit *h*. Ad cujus assertionis interpretationem alii differentiam constituunt inter simplicem & conditionalem obligationem: dicuntque solutionem conditionalis probari per testes posse, cheirographum integrum permaneat, nec apocha ostendatur: idque quia certo tempori sub pœna adstrictus, cheirographi aut apochæ traditionem pos-

g Bract. l. 3. tract. 1. c. 2. nu. 13. Flet. l. 2. c. 60. § tollitur.

h Doct. & stud. l. 1. c. 12.

sine periculo expectat, cùm arctius obli-
etur, quàm qui simplici tantùm obligatione
stitur. Item si reus solverit, fidejussor libera-
r, & è contra *i*.

Sect. 1. Item per acceptilationem, quæ dici-
r imaginaria solutio: ut si dicatur: omne
od tibi debui ex quacunque causa, habesne
ceptum? & respondeatur, vel (si debitum in
ipsis sit) scribatur: habeo, acceptumque fe-
k. Et in partem debiti potest acceptilatio fi-
sicut in totum. Et possunt omnes res quæ a-
qui ratione in stipulationem deducuntur, tol-
per acceptilationem: & eodem modo quo tol-
untur per acceptilationem obligationes: ita
erunt renovari & deduci in aliam obligatio-
m plures & unam: ut si pro pluribus debitis,
ersis, & obligationibus certa pecuniæ summa
omittatur *l*. Est etiam acceptilatio juris: ut si
is debitorem suum faciat executorem sui te-
menti. Hoc enim casu debitum ei ignoscit *m*.
Quod adeò verum est, etiamsi onus executio-
is in se nunquam susciperit *n*.

Sect. 2. Si quoque terræ aliquæ reditu annuo
erentur cuiquam solvendo, & debitor post
olutionem dicti reditus aliquot annos negle-
am, tandem unius reditum solverit & apo-
am à creditore obtinuerit, actio pro reliquis
non solutis penitus extinguitur *o*.

Sect. 3. Item per novationem: ut si transfu-
sa sit obligatio de una persona in aliam: & si
de una persona transfusa sit in aliam, quæ obli-
gari non possit, amittitur. Ut si in persona mi-
noris à persona majoris. Item in novatione po-
terit intervenire fidejussor & pœna. Item con-
ditio ut si secundus bene solverit: alioquin
duret prima *p*.

i *Bract. ubi supra.*

k *v. Perkins Conditions* 749. 750. *vid. Dyer. fo.* 222. *nu.* 22.

l *Bract. l.* 3. *tract.* 1. *c.* 2. *nu.* 13. *v. Litle. l.* 3. *c.* 8. *Releases per totum, & novum lib. intratio. Dett. in Release.* 1. 2. 3.

m *Brocus Testaments* 118.

n *Plowd. casu wood-ward. fo.* 184. *a. b.*

o *Dyer. fo.* 271. *n.* 26.

p *Bract. d. l.* 3. *tra.* 1. *c.* 13.

Sect. 4. In summa notandum est iisdem modis dissolvi obligationem, quæ nascitur ex contractu vel quasi, quibus contrahitur. Re nimirum: ut si res petenti restituatur: verbis: ut si fiat in contrarium & contrariis verbis q. Scripto: ut si conscripserim me debere, scribat debitor se accepisse. Consensu: ut si communiter ex utraque parte consentiant recedere à contractu. Traditione: ut si res retradatur. Juncturâ: ut si fiat in contrarium r.

q *v. Dyer. fo. 75. nu. 25. 26. &c.*

r *Bract. ubi supra.*

Sect. 5. Bractonus per varias exceptiones quoque tolli obligationem docet, idque multipliciter: quem qui vult consulere potest s.

s *d. l. 3. tract. 1. c. 2. nu. 13. quæ cum consentit. Flet. l. 3. c. §. tollitur & se qq.*

Sect. 6. Est denique alius modus tollendi obligationem apud nos, quem legis vadiationem dicimus. Nam si super simplici contractu de pecunias â me vendicet: ego vadiare legem possum contra eum t: id est, possum spondere me ad diem mihi judicialiter assignatum in curiam venturum & legem facturum. Legem autem facere est illud in hoc casu agere quod postulat: jurare nimirum summam petitam unamquamque ejus partem esse indebitam: & alios mecum adducere, qui me verè juratum sacramento de credulitate sua suscepto affirmant u. Hæc autem nihil aliud est quam quædam judicialis transactio quàm leges nostræ nobis permittunt.

t *Bract. l. 5. tract. 5. c. 13. nu. 3.*

u *Brit. c. 28. Fitzh. nat. br. fo. 122. l.*

Finis Libri Tertii.

INSTITUTIONUM JURIS ANGLICANI LIBER QUARTUS.

DE OBLIGATIONIBUS QUÆ *ex delicto nascuntur.*

TIT. I.

OBriuntur etiam obligationes ex delicto vel quasi. Delicta vero & maleficia ex dictis & factis præcedentibus, quæ quidem distingui debent quo animo fiant, & quâ voluntate. Voluntas enim & propositum distinguunt maleficia. Ex maleficiis autem procedunt crimina majora, sicut læsæ majestatis, homicidia, furta, rapinæ, & alia pluta x, (de quibus inferius dicetur y) vel minora, ut injuriæ & transgressiones. Nam sub his nostri omnes obligationes ex privatis delictis ortas comprehendunt.

x *Bract. l.* 3. *tract.* 1. *c.* 2. *nu.* 14.

y *tit. de pub. Judiciis*

§. 1. Leges civiles furtum manifestum judicant per redditionem quadrupli, & furtum non manifestum per dupli compensationem expiari.

Sed leges Angliæ neutrum facinorum illorum mitius quàm committentis morte puniri permittunt, dummodo res ablata duodecim denariorum valorem adæquet *z*.

§. 2. Furtum autem dividitur à noſtris in latrocinium & robariam. Latrocinium definitur eſſe ablatio catalli perſonalis in abſentia poſſidentis. Atque reſpectu rei ablatæ dicitur vel magnum vel parvum. Magnum eſt quod rem mobilem ad vel ſupra æſtimationem duodecim denariorum furto ſubducit: parvum quod rem talem minoris valoris *a*. Robaria eſt quæ rem de perſona, vel ſaltem in præſentia poſſidentis ſubduçit *b*.

§. 3. Omne autem furtum apud nos publicum eſt delictum. Nam & parvum latrocinium, licèt non morte ſed carcere aut flagris caſtigetur, felonia eſt ſecundum quoſdam *c*, licèt alii alter ſentiant *d*. Quapropter hoc potius ad publicorum judiciorum ordinem referemus *e*.

§. 4. Breviter tamen hîc obſervandum cenſemus, ejus arbitrio relinqui, qui rem ſuam furto amittit, utrùm eam civiliter an criminaliter perſequi velit. Nam furtum diſſimulans furem rem caſu inveniſſe, ſibique detinere fingit, atque ita vel ipſam vel precium ejus recuperat *f*. De criminali perſecutione poſtea dicendum erit *g*.

z Dominus de Fertiſcuto. *c.* 46. Broc. Crowne. 2. *a weſtus ſymbol. l.* 2. *tit. Indictments ſect.* 58. *v. ſpeculum Juſticiar. l.* 1. *c. de larcins.* *b weſtus eodem ſect.* 60. *c Brocus Corom* 2. *d Stawnf. pl. cor. l.* 1. *c.* 15. *e vlt. tit. hujus libri.* *f v. Trover in novo lib. intratio.* & *Bract. l.* 5. *tract.* 5. *c.* 31. *nu.* 2. *Flet. l.* 1. *c.* 38. *in prin.* Dyer *fo.* 50. *nu.* 5. *g tit. de pub. Judic.*

DE VI BONORUM RAPTORUM.

TIT. II.

TRranſgreſſionis latum eſt nomen. Omnem enim legis violationem comprehendit. Sed noſtri prudentes privata delicta omnino tranſgreſſiones

greſſiones appellant: & has quoque inter ſe distinguunt. Eas enim quæ vim aliquam adjunctam habent, tranſgreſſiones magis propriè *h*, alias verò tranſgreſſiones ex ſpecie facti illegitimi, licèt non violenti, vel (ut ipſorum verbis utar) ſuper caſu ortas, dicunt *i*. Unde forma actionis ſuper illa tranſgreſſione edita, hæc verba (vi & armis) ſuper hac verò (contra pacem) ſemper continet *k*. Licet tamen actori diſſimulare vim illatam aliquando, ſi voluerit: ut nimirum in Comitatu coram vicecomite actionem ſuam inſtituat *l*, qui de vi & armis cognitionem non habet. Atque ita tranſgreſſionem minorem fingit, quæ re verâ major fuit: damnum tamen inde ſibi datum recuperat. Hocque in cauſa videtur eſſe, quòd ſcriptores noſtri delicta hæc, quæ ſuâ naturâ diverſa ſunt, tam frequenter inter ſe confundant *m*. Nos tranſgreſſionem violentam ad titulum de vi bonorum raptorum ſatis aptè referri putamus, & illam alteram duobus ſubſequentibus accommodaturi ſumus. Nam cùm jus Romanum hanc tranſgreſſionum materiam in duo tantùm capita jure Anglicano diſtributam, tripliçem faciat nemo miretur, quod ego nonnullos caſus, qui præter vim contumeliam etiam patienti inferunt, ad tertium locum retulerim.

h *Fitz. nat. br. f.* 85. *G. Breve de treſpas. De vi. lege Flet.* 1. 4. *c.* 4. i *Idem fo.* 92. *E Breve de treſpas ſur le caſ. & nov. term. jur. verb Action ſur le caſ.* k *Fitzh. ubi ſupra.* l *Idem eodem fo.* 86. *G.* m *v. nov. l. intratio ubi melius tranſgreſſiones & ad tit. Treſpas & ad Actio ſur le caſ. relatas habes, & in Fitz nat. br. in brevi de Treſp. f.* 85. *& breve de Treſpas ſur le caſ. fo.* 92. n *Fitzh. ubi fo.* 89. *K.*

§. 1. Actio autem de vi bonorum raptorum, aut de tranſgreſſione vi & armis, datur domino, de rebus tam inanimatis vi abductis, ut carris, plauſtris, naviculis: quàm animatis, ut jumentis, ovibus: idque non cicuribus ſolùm, ſed etiam feræ naturæ in cuſtodia noſtra exiſtentibus: ut cuniculis noſtræ garennæ *n*, aut columbis

columbis nostro columbario inclusis *o*. Insuper de servis nostris *p*, de liberis etiam ut apprenticiis *q*, & uxoribus cum mariti sui bonis aliquos abductis *r*, de filio denique siliave hærede abreptis & matrimonio cum aliquo vel aliqua præter consensum nostrum copulatis *s*, de quantitate ut pecunia *t*, de bonis felonum è libertate nostra sublatis *u*, de Waiviis & extrahuris è feudo nostro asportatis aut fugatis *x*.

§. 2. Datur autem hæc actio ad damni dati emandationem, idque non solùm contra rapientem, sed etiam eos qui rapere præceperunt, sicuti & ex omni transgressione super casu *y*: sed non in executorem transgressoris *z*, nec hæredes *a*, quia personalis & pænalis est.

DE LEGE AQUILIA.

TIT. III.

TRansgressio quæ super casu dicitur, aut damnum tantummodo patienti infert, aut cum damno contumeliam. Illam juris civilis authores sub titulo legis Aquiliæ comprehendunt, quia Caius Aquilius cùm tribunus plebis esset, plebisciti ejvs author fuit, quo delicta hujus generis illi correxerunt: hanc verò ad titulum de Injuriis referunt.

§. 1. Transgressionem itaque super casu committit qui alterius statum vel conditionem suo delicto deteriorem facit. Exempli causa: Vicecomes, qui debitorem ratione brevis regii ad eum directi cepit, & eum postea dimittit *b*: vel qui in returno brevis regii Curiam falsò informat reum non habere terras aut illud quicquam

o *ibi fo.* 86. *A.*
p *ibi. fo.* 88. *D. I.*
q *ibi f* 91 *I*
r *ibi. fo.* 89. *O.*
s *ibi. fo.* 90. *H.*
t *ibi. fo.* 87. *m.*
u *ibi. fo.* 91. *F.*
x *ibi. f* 91. *B. Huic addere librum intrationum tit. Trespas per totum & Brocum eodem & Fulb. paral. c. com. wrongs spartim.*
y *Doct. & stud. l.* 1 *c.* 9.
z *Idem. l.* 2. *c.* 10.
a *Bract. l.* 3. *tract.* 1. *c.* 4. *nu.* 4.
b *Fitgh. nat. br. fo.* 92 *A. & C.*

quam in baliva ſua unde diſtringi poſſit: & ita in cauſa eſt, ut corpore capietur *c*. Item qui palis in aqua defixis navem alterius tritico aut aliis mercibus onuſtam evertit *d*. Præterea Atturnatus vel Conſiliarius qui imperitiâ vel dolo cauſam clientuli ſui perdidit *e*: tonſor, qui barbam alicujus malè vel cultro coinquinato raſit *f*: medicus quoque vel cheirurgus qui ægrotum vel aliâs malè ſanum imperite aut malitiosè tractavit *g*. Cuſtos carceris qui incarceratum durius æquo tractavit *h*. Qui aliquem diſtringit per averia carucæ, cùm alia rationabilis diſtrictio per eum fieri poſſet *i*: vel qui pecus alienum juſtè captum vel diſtrictum non ad parcum apertum, ſed ad locum incognitum, rectorem eccleſiæ cujuſquam, forteletum, aut alium comitatum abigat, ita ut per dominum juxta leges redimi ſeu replegiari nequeant *k*. Qui fluxum rivi quo molendinum alterius agi ſolet, intervertit *l*. Uſufructuarius vel liberè tenens qui vaſtum in ſolo vel ædibus committit *m*. Sed hujus cauſa ſpecialis eſt, qui ex conſtitutione regni rem vaſtatam amittit *n*. Verùm quòd ſpecies quæ huc referri poſſent, infinitæ ſunt ad eos potius cenſeo vos remittendos, qui fuſius & ex profeſſo iſta tractant, quàm exemplorum colluvie obruendos *o*.

Sect. 2. Hac etiam actione tenetur qui per infortunium & non dolo vel culpâ alium læſit *p*.

c ibidem B.
d Idem ibidem. 92. F.
e nov. lib. intra. Action ſur le caſ. in Atturnye.
f ibi. in Barber.
g ibi in Phiſitian v. ſpec. Juſt. l. 3. c. de Fudgment de homicid.
h Fitz nat. br. f. 93. H. v ſpeculum Juſtic l. 1. c. de homicid.
i Dyer. fo. 312. nu 86
k v Fitzh. nat. br. in brevi de replegiandis averiis fo. 68. & in brevi de vetito namio f. 73. l Dyer. fo 248 nu. 80. f. 320. nu. 38. m Dyer. f 36 nu. 38 f. 256, nu. 10. n Stat Gloc. an. 6. Ed. 1 c. 5. o Brit c. 26. 27. 61. 62. 63. Nov. l. intrat. 10. Action ſur le caſ. & Treſp. Brocus Treſp. Fitz. nat. br. in brevi de Treſp. f. 85 & Treſp. ſur le caſ. f. 92. Fulb. paral f. 69. a. & c. v. Plowd caſu Baſſet in fine 2 partiſ. 12. b. & 13. a. v. Dyer. f. 36. n. 38. fo. 280. n. 14. fo 285. n. 40. p Bract. l. 3. tract. 1. c. 36. in pr. blet. l. 4. c. 17. § vertitur etiam quandoq;

DE

DE INJURIIS.

TIT. IV.

q *Bract. l.* 3. *c.* 19. *nu.* 1. *l.* 3. *tract.* 2. *c.* 36. *nu.* 1. & *l.* 5. *tract.* 3. *c.* 9. *Fl. l.* 2. *c.* 1. r *Bract. lib.* 3. *tract.* 2. *c.* 24. *nu.* 3. *Flet. l.* 4. *c.* 40. 41. *l.* 2. *c.* 1. *Dyer f.* 105. *nu.* 15. s *Dyer. fo.* 72. *nu.* 6. *f.* 75. *nu.* 21. *fo.* 118. *nu.* 79. *fo.* 236. *nu.* 26. t *Dyer. fo.* 244. *nu.* 6. *Flet. l.* 1. *c.* 42.

GEnerali injuriæ appellatione omnem juris transgressionem nos quoque contineri dicimus. Sed de illâ speciali hîc loquimur quæ contumeliam patienti inurit: ut cùm quis pulsatus, verberatus, vulneratus *q*, vel enormi illâ læsione affectus quam nos mahemium dicimus *r*, Vel etiam sine vi verbis convitiosis existimationemque suam minuentibus conspersus *s*, libello famoso conspurcatus, incarceratione injustâ vexatus *t*, vel alio simili modo male tractatus fuerit *u*.

§. 1. Hanc quoque injuriam committere videntur illi qui dolo contexto in caput fortunasve alicujus insidiosè machinantur, quos nostri conspiratores appellant *x*.

§. 2. Neque quidem injuriam per nosmetipsos tantùm, sed etiam per eos qui in nostra potestate sunt patimur: utpotè per uxores *y*, per liberos *z*, per servientes *a* & per servos *b*.

§. 3. Injuria quoque ex circumstantiis levior aut gravior fit. Circumstantias autem numeramus ferè septem: nempe causam quæ faciem impellit: personam, tam ejus qui infligit

u *Bract. l.* 3 *c.* 19. x *Dyer. fo.* 85. *nu.* 87. *fo.* 244. *nu.* 61. *Fitz. nat. br.* 114. *G.* 115. *A. E.* 116. *M. N.* y *Brocus Trespas.* 43. *Fulb. paral. c. Common wrongs fo.* 79. *b.* z *Fulb. paral. c. Common. wrongs. fo.* 90. *b.* a *Nonus lib. intratio. Trespas in Servant. Fulb. paral. c. Common wrongs. fo.* 80. *a. Flet. l.* 2. *c.* 1. *Sect. Patitur.* b *Brocus villenage* 24. *Trespas* 53.

quàm

quàm ejus qui patitur : locum, tempus, qualitatem, quantitatem, & eventum. Hæ enim pœnas vel exacerbare vel diminuere ſolent *c*.

§. 4. Nos contumeliam aut verba injurioſa alicui de majori nobilitate illata proprio nomine Scandalum magnatum appellamus, quod cæteris quibuſcunque, propter perſonæ læſæ ſplendorem & dignitatem, graviorem pœnam meretur *d*, niſi tamen juſtè excuſari poſſit *e*. Sed verba contumelioſa contra principem prolata an huc quoque referri poſſint, aliquando dubitatum lego *f*.

§. 5. Datur hæc actio, utpote & omnis alia quæ ex tranſgreſſione eſt, contrà eum qui culpâ & voluntate ſuâ injuriam intulit *g*: & datur ad damni reſtitutionem quod læſus tulit per ſe quidem æſtimandi, ſed per Juratores, qui hac in re judices ſunt, taxandi *h*.

§. 6. Neque verba nimis generalia *i*, neque dubiam interpretationem habentia *k*, neque falſæ criminationes apud Judicem competentem editæ *l*, pariunt injuriæ actionem. Veritate etiam criminis probatâ, injuria apud nos defenditur *m*. Diſſimulatione denique patientis aboletur *n*.

c *Bract. l. 3. tract. 1. c. 6. Fleta. l. 1. c. 16.* § *Generali. l. 2. c. 1. per totum.*
d *an. 3. Ed. 1. c. 33. an. 2. Ri. 2. c. 5. an. 12. ejuſd. c. 11.*
e *v. Dyer. fo. 285. nu. 37.*
f *Dyer. fo. 155. nu. 19.*
g *Bract. l. 3. tract. 1. c. 6.*
h *Bract. ibidem.*
i *Cocus. l. 4. caſu Stanhop. inter actiones de ſcandalis fo. 15. a. nu. 4.*
k *Idem ibidem caſu Hext. nu. 5.*
l *Idem ibidem caſu*

DE OBLIGATIONIBUS QUÆ ex quaſi delicto naſcuntur.

TIT. V.

JUdex apud Anglos malè judicando litem ſuam ſecundùm aliquos *o*, facit. Sed hodie pars

Buckley. nu. 3. m *Flet. l. 4. c. 17. in prin.* n *Bract. l. 4. tract. 1. c. 28.* o *Bract. l. 5. tract. 5. c. 15.*

quæ

quæ judicio se lædi sentit, causam prætextu erroris commissi, si curia de recordo sit, aliàs per breve de falso judicio, ad aliud tribunal potius removet & sententiæ prioris emendationem petit *p*.

p *an.* 27. *Eliz. c.* 8.

q *Doct. & stud. l.* 2. *c.* 24.

§. 1. Obligationes tamen aliquæ ex quasi delicto hic quoque usu veniunt. Utpote si subvicecomes Curiam Regis falsò informaverit, aut aliter in mandato Justiciariorum exequendo deliquerit, non ille sed vicecomes mulctam subibit *q*. Si quoque is qui Regi à cyathis est, aliquos sibi in officio suo surrogaverit, ipse eorum delictis tenetur *r*. Quod idem obtinet non solùm in scaccarii Regii *s*, sed etiam aliarum Curiarum officialibus *t*, si clerici quos sibi substituunt, muneri suo minus satisfecerint: ut etiam in eschaetoribus qui substituerint sibi aliquem, cujus facta præstare detrectant *u*.

r *an.* 25. *Ed.* 3. *stat.* 5. *c.* 21.

s *an.* 14. *Ed.* 3. *stat.* 1. *c.* 9. *Dyer. fo.* 161. *nu.* 45 *fo.* 238. *nu.* 38.

t *v Crompton Jurisd. Court d. Eschequer fo.* 111. *a. b.*

u *an.* 12. *Ed.* 4. *c.* 9. *Cocus. l.* 4. *casu Milton fo.* 33. *b.*

§. 2. Etiam ex quasi delicto videntur teneri centuriæ (quas Hundreda dicimus) pro compensatione latrociniorum quæ in iis perpetrata sunt, nisi latronem apprehenderint *x*: & villæ propinquæ loco alicui in quo fossa vel sepes illicitè per homines ignotos dejicitur *y*.

x *an.* 13. *Ed.* 1. *stat.* 2. *c.* 3.

y *an.* 13. *Ed.* 1. *stat.* 1. *c.* 45. *Rastal. tit. Approvement nu.* 2.

§. 3. Denique si famulus negligentiâ suâ domum heri sui & ei vicinam combusserit, herus tenetur. Similiter & dominus communis hospitii si serviens *z*, vel quis alius infra hospitium *a* ejus hospiti cuiquam pecunias intra hospitium subduxerit: & custos carceris, si domesticus ejus incarceratum aliquem dimiserit *b*: Sed & his aliàs species satis multas prudentum nostrorum libros perlustrando invenietis *c*.

z *Howd. casu Remiger fo.* 9. *b.* a *Dyer. fo.* 158. *nu.* 32. *fo.* 266. *nu.* 9. b *Doct. & stud. l.* 2. *c.* 24. c *v. Fulb. paral. c. Contract fo.* 3. *a. b. &* 4. *a.*

DE ACTIONIBUS.

TIT. VI.

ACtio & breve communi Anglorum sermone sæpissime confunduntur: breve enim quo reus in jus vocatur, summariam & succinctam facti repetitionem continet, quod actionem peperit. Verum hoc illâ multo latius extendi, ii juris nostri interpretes luculenter ostendunt, qui brevium explicationem professi sunt *t*. Mulcta enim mandata principis extrajudicialia continent in negotiis quæ vel ipsum principem *u*, vel statum Reipub. *x*; vel etiam rem privatorum attingunt *y*. Sed eorum maxima pars circa judicia versatur, quorum aliqua Judices constituunt *z*: aliqua jam antea constitutos justitiam petentibus impertire *a* monent: aliqua nonnullos ob causam specialem à judiciis ad tempus eximunt *b*: aliqua tergiversantes ad judicium sustinendum satis dato compellunt *c*: aliqua litigantes sibi alios ad lites substituere permittunt *d*: aliqua judices jurisdictione suam nimis dilatantes cohibent *e*: alia causas ab uno foro ad aliud avocant *f*, aliqua denique processum informant & instituunt *g*: aliqua processum

t *Author Regiſtri & Fitzh. nat. br. v. Bract. l. 5. tract. 5. c. 17.*

u *Hujus generis ſunt brevia de ideot. inquiren. Fitzh. nat. br. fo. 232. Diem clau. ſit extremum fo. 252. melius inquirend. Quæ plura L. evenerunt, mandamus, vet. nat. br. 147.*

x *Huc ſpectant brevia de licentia eligendi Epiſcopum. Idem fo. 170. de reſtitutione ſpiritualium. 169. De coronatore eligendo 164. & ſimilia.* y *ut ſunt brevia de ſecuritate pacis. fo. 79 de non ponendo aſſiſis 164. &c. hujuſmodi.* z *Brevia ſc. ad audiend. & terminand. Fitzh. nat. br. 110. & ſimilis.* a *de procedendo ad judicium 153. 240.* b *protectione 28.* c *de ſecuritate inveniendâ &c. 85.* d *de attornato faciendo &c. 156.* e *prohibition 39.* f *Recordare 70. Pone 69 &c.* g *omnia brevia original' per Regiſt. original.*

ſum

h *omnia brevia judicialia per Registrum judiciale.*

i *Regist. brevium.*

k *Brocus Action popular & Action sur le statut.*

l *Bract l. 2. c. 3. nu. 2. 3. 4. v. Speculum Justitia. l. 2. c. des attachements in fine.*

m *Fitzh. nat br. fo. 145.*

n *fo. 116.*

o *fo. 119.*

p *fo. 138.*

q *fo. 92.*

r *Brocus Action sur le cas. 24.*

s *fo. 85.*

t *fo. 95.*

u *fo. 100.*

x *fo. 101.*

y *fo. 105.*

fo. 114.

fo. 171.

sum institutum prosequuntur & ad effectum ducunt *b*. Brevia autem quæ judicium inchoant, originalia, quæ inchoatum promovent & ad exitum pellunt, judicialia nostri appellant *i*.

Sect. 1. Actiones omnes vel à jure communi (quod nostri communem legem frequentius dicunt) vel à statutis, profluunt *k*. Sive autem à jure communi sive statuto originem trahant, omnes vel in personam, vel in rem, vel in utramque sunt *l*.

Sect. 2. Personales actiones sunt, quæ competunt contra aliquem ex contractu vel quasi, et maleficio vel quasi. Brevia vero quæ formantur super contractu vel quasi sunt fere hæc: de conventione *m*, de computo *n*, de debito *o*, de detentione *p*, de transgressione super casu *q*, in qua constitutum, quod nostri assumptionem dicunt, comprehenditur *r*.

Sect. 3. Quæ ex delicto vel quasi competunt, sunt illæ de transgressione *s*, de deceptione *t*, de parco fracto *u*, de recussu *x*, de attincta *y*, de conspiratione *z*, de cambipartita *a*.

Sect. 4. Reales sunt actiones, quæ contra aliquem licèt nullo jure nobis obligatum competunt, quia rem nostram corporalem immobilem vel etiam incorporalem possidet vel quasi, quam restituere, vel dominum cujus nomine possidet nominare potest. Ut si quis petat ab alio rem certam, nempe fundum, vel terram, vel jus aduocationis, cujus se contendit esse dominum: & persequatur rem ipsam non ejus precium, nec tantundem quod sit ejus generis. Et per hoc quòd petens rem petitam intendit esse suam actionemque instituat adversus tenentem & tenens negaverit: in rem erit actio sive placitum *b*.

b *Bra. l. 3. tract. 1. c. 3. nu. 3.* Sect. 5.

§. 5. Si sit res mobilis quæ petitur, sicut bos, asinus, vestimentum, vel aliquid pondere aut mensurâ existens, licèt primâ facie videatur actio sive placitum tam in rem quàm in personam, eò quòd certa res petatur, & quòd possidens eam restituere teneatur: revera tamen est in personam actio: quia ille à quo res petitur, non tenetur præcisè ad rem restituendam, sed sub disjunctione, vel rem vel ejus precium, & precium tantùm solvendo liberatur, sive res appareat sive non. Et ideo si quis rem mobilem ex quacunque causa ablatam vel commodatum vendicaverit, debet in actione sua definire precium. Nam precio non appositio, rei mobilis vendicatio non valebit *c*.

§. 6. Actionum autem civilium & in rem, sicut rei vendicatio, alia confessoria est alia negatoria. Confessoria, cùm dicat quis aliquam rem corporalem vel incorporalem esse suam: sicut hunc fundum. Item quâ dicis tibi jus eundi per fundum vicini tui, aquamve ducendi eo invito & hujusmodi, competere. Et hæc actio ideo in rem dicitur, quia rem tuam incorporalem petis: sc. jus eundi per fundum: & ideo confessoria dicitur quia constituta est verbis affirmativis. Actio verò negatoria est, quam dominus fundi intendit adversus te solitò euntem per fundum suum, dicens, tibi non esse jus per fundum suum eundi. Et hæc actio dicitur in rem, quia dominus fundi in hoc suam vendicat libertatem: & hujusmodi actiones non competunt de dominio rei, sed de jure prædiorum *d*.

§. 7. Resciforiæ etiam actionis nos similem habemus. Nam si quis, dum incarceratur, terrarum possessione spoliatus fuerit, & terræ illæ ad hæredem spoliatoris descenderint: spoliatus li-

c Bra. l. 3. tract. 1. c. 4. nu. 4. & Flet. l. 2. c. 60. § Cùm autem res & seqq.

d Bra. l. 3. tract. 1. c. 4. nu. 7. Huic insoruit breve de consuetudinibus & servitiis alia Flet. l. 5. c. 37. 38. 39. 40.

bertatem ſuam aſſecutus, poſſeſſionem ſuo facto recuperare, ſeu (ut noſtri loquuntur) in eaſdem terras reintrare poteſt. Et ſi judicium contra eum datum fuerit, illud poſtea per breve de errore irritum reddet: quia in cuſtodia fuit, nec contumaciter abſens: ideoque rationi diſſentaneum videtur ut recordum tale præjudicii quippiam illi afferat. Idem quoque juris videtur, ſi quis in ſervitio Regis, aut aliter Reipub. causâ extra regnum ſit, & interim poſſeſſione aliquâ ſpolietur, nec continuum clameum ſuum facere poſſit *e*. Imo verò aliqui in hac etiam opinione ſunt, ut exiſtiment eum qui extra regnum in negotiis ſuis exiſtens poſſeſſione ſuâ per aliquem ſpoliatur, poſſe cum redierit ſuâ authoritate in hæredem ſpoliatoris ſuperintrare, nec aſſisâ opus habere *f*.

e Litleton. l. 3. c. continual. clayme.

f Idem ibidem.

§. 8. Eſt etiam apud nos, quæ actioni Paulianæ aliquo modo reſpondet, à ſtatuto Regni ſuppeditatam *g*, quod omnem ſive terrarum ſive bonorum alienationem irritam reddit, quæ à debitore in fraudem creditorum facta eſt, & præterea pœnam omnibus infligit, qui ejuſdem conſcii ſunt, & ut legitimam defendunt.

g an. 13. Eliza. c. 5.

§. 9. Neque deeſt actionis Servianæ quaſi parallela: Nam bona in prædium invecta locator jure proprio diſtringit, atque detinet, donec merces ei perſolvatur. Quia hæc & nos taciti pignoris loco ducimus *h*. Quamvis tamen hoc non ſine diſtinctione procedat *i*. Huic addere etiam licet non ſolùm pignoratitiam ſed etiam hypothecariam vel quaſi Servianam. Si enim quis nummos ab aliquo ſub pignore mutuos acceperit, & eoſdem poſtea offerens creditori pignus recipere non poſſit, quia creditor illud tradere recuſat: debitor hoc caſu actionem habet *k*.

h v. ſupra de locat. & cond. tit. 25 l. 3. §. 19.

i Brocus Diſtreße 13. 57 99.

k Fitzh. nat. br. fo. 86. C.

Quaſi

Quasi Serviana autem is rectè videtur agere, qui eum terras jure vadii sive vivi sive mortui possideat, eisdem ejicitur vel disseisitur.

§. 10. Brevia verò quæ actionibus realibus accommodantur, vel ad ipsam proprietatem acquirendam dantur & petitoria dicuntur, vel possessionem, & possessoria *l*. Ad proprietatem spectant brevia de recto diversarum specierum *m*, & quæ eorum naturam imitantur *n*.

§. 11. Possessionem vel quasi querimus vel vi amissam, vel sponte alii traditam, qui tamen contra jus eandem retinet. Ad illam adipiscendam dantur brevia quæ assisas dicimus *o*, & quæ ad eas affinitate aliquâ accedunt *p*.

§. 12. Ad possessionem quæ sponte tradita injuste nobis detinetur, recuperandam, suppeditantur brevia de ingressu diversarum specierum, & quæ eorum naturam induerunt *q*.

§. 13. Inter reales actiones præjudiciales quoque numerantur. Præjudiciales autem dicuntur, quæ oriuntur ex incidentibus quæstionibus vel emergentibus: in quibus quæritur, utrùm aliquis ingenus aut libertinus, & si libertinus, liber an servus? filius an non: & si filius, utrùm legitimus an bastardus & hujusmodi *r*. Et dicuntur præjudiciales, quia priùs judicantur quàm actio principalis *s*.

l *Flet. l. 6. c. 1. in prin* m *Fitzh. na. br. fo. 1. 6. 11. 91. 193. Flet. l. 6. c. 1. & seqq.* n *ut est breve de consuetud. & servitiis Fitzh. nat. br. f. 157. De hoc v. Plowd. casu Stowel. f. 357. br. & 358. a. Breve de recte aduocationis &c. Inghã*

§. *Bref. d' advouson.* o *Fitzh. nat. br. fo.* 177. 179. 181. 183. 184. 188. 190. 191. p *v. m.* 13. *Ed.* 1. *c.* 25. *Bract. l. 4. per totum.* q *Fitzh. nat. br. fo.* 201. 205. 206. *Bract. l. 4. tract. 7. per totum v. Ingham* § *bref de entry. Fl. dicit. hæc brevia de ingressu mixtam habere naturam. & partim possessionem, partim proprietatem sapere l. 5. c. 24. in prin. quem lege latè scribentem de hac re.* r *Bractat. Brit. c.* 108. s *iidem ibidem.*

§. 14. Mistæ actiones tam in rem quàm in personam sic dicuntur, quia mixtam habent causam ad utramque: sicut est divisio hereditatis inter cohæredes, finium regundorum inter vicinos. Nam si personas spectemus, utraque & actor & reus est: licèt magis propriè is dicatur actor, qui priùs ad judicium provocavit *t*. Brevia quæ his inserviunt sunt illa de partitione *u*, de rationabilibus divisis *x*, de perambulatione faciendâ *y*, de curia claudenda *z*, de reparatione facienda *a*.

§. 15. Actiones præterea vel solâ gratiâ rei persequendæ, vel solâ gratiâ pœnæ persequendæ vel gratiâ utriusque conceptæ sunt *b*: quas alii civiles, criminales vel mistas appellant *c*.

§. 16. Rem solam persequuntur omnes quæ ex contractu vel quasi oriuntur, & nihil ultra ob injustam detentionem vel ad delicti vindicationem pœnæ nomine exposcunt *d*: pœnam solam persequuntur illæ actiones quæ ad delicti coertionem collineant: cujusmodi ferè sunt illæ populares quas delatores ad fisci & suum compendium contra statutorum violatores suscipiunt *e*. Et rem & pœnam persequuntur, quæ in rem sunt ratione causæ principalis & in personam gratiâ personalium præstationum *f*. Hujusmodi est assisa, quæ rem petit quoad restitutionem, & spoliatorem ad pœnam ob injuriam datam *g*. Et

t *Bract. ibid. nu.* 5. & *l.* 4. *tra.* 1. *c.* 16. *nu.* 8. *v. Litle. l.* 3. *c. Releases sect. Also as to releases. And also if a man sue, &c. v. Flet. l.* 5. *c.* 9. *per totum.*

u *Fitzh. nat. br. fo.* 61.

x *fo.* 128.

y *fo.* 133.

z *fo.* 127.

a *fo.* 127. b *Bract. l.* 3. *tract.* 1. *c.* 4. *nu.* 5. c *Glanvil. l.* 1. *c.* 1. *Bractat. l.* 5. *tract.* 5. *c* 31. *in print. Litle. c. Releases.* d *ut breve de recto. Fitzh. fo.* 1. *&c.* e *scies tantum Fitzh. nat. breve. fo.* 171. *v. Action sur. le stat. in novo libro intrationum.* f *Bract. l.* 3. *tract.* 1. *c.* 4. *nu.* 5. g *Bract. l.* 4. *tract.* 1. *c.* 6. *n.* 3. *z. stat. de Merton. c.* 4. *an.* 20. *H.* 3.

breve

ere de vasto, quod & rem vastatam, & triplum omni dari quærit *h*.

§. 17. Est etiam actionum tertia divisio, quod aliquæ in simplum, aliquæ in duplum, aliæ in triplum, aliquæ in decuplum dentur *i*. In simplum concipiuntur omnes transgressiones, quæ ad damnum tantùm acceptum actorem respiciunt *k*. In duplum concipiuntur actiones contra eos qui insultum in aliquem faciunt ad curiam Parliamenti curiam vocatum *a*: & in eum qui in curia Admiralii actionem persequitur ad prohibitionem ejus non pertinentem *b*, eos denique qui victualibus suis nimis charum precium imponunt *c*. In triplum contra eos agitur, qui pecunias pro probandis testamentis injuste exigunt *d*, vel qui illicitas hominum turbas conflant *e*. In decuplum contra Juratorem qui munus pro ferendo veredicto suo cepit *f*.

§. 18. Actiones præterea aliquas bonæ fidei, aliquas stricti juris esse non inique dixerimus. Licèt enim talem distinctionem apud juris nostri scriptores verbis expressam non habeamus: usu tamen satis frequentem eam inveni-mus. Damnum siquidem quod ex violatione contractus aut transgressione sentimus, juxta omnium æquitati perpendendum relinquitur quale quantumve sit, & juxta eorum æstimationem postea judicatur. Ubi contrà in actionibus in rem principalibus, actor, nisi rem petitam deberi aut suam esse probaverit, causa cadit. Quia neque Juratores neque Judex aliam in iis potestatem habent, quam reum in rem petitam condemnandi vel eum prorsus absolvendi *g*. Unde contingit, ut una atque eadem causa duplicem sæpe pariat actionem: principalem nimirum in rem, quæ stricti juris est, & quasi accessoriam ad

h *an.* 6. *Ed.* 1. *c.* 5.

i *Bract. l.* 3. *tract.* 1. *c.* 4. *nu.* 6.

k *v. novam l. intrat. tit. Trespas sparsim.*

a *an.* 11. *H.* 6. *c.* 11.

b *an.* 2. *H.* 4. *c.* 11.

c *an.* 23. *Ed.* 3. *c.* 6.

d *an.* 3. & 4. *Ed.* 6. *c.* 5.

e *ibidem* & *an.* 1. *Mar. Parlam.* 1. *c.* 2.

f *Fitz. nat. br. fo.* 171.

g *v. supra Sect.* 16. *hoc tit.*

damni dati recuperationem, quæ bonæ fidei *h*.

§. 19. In actionum arbitrariarum ab actionibus bonæ fidei distinctione, Juris civilis authores non satis consentiunt *i*. neq; nos aliquem harum usum in jure Anglicano deprehendimus, præter eum quem in illis notavimus *k*. Tantùm dicere possumus Cancellarium Angliæ aut Custodem magni sigilli, quorum eadem prorsus est authoritas *l*, ad cujus æquitatem ab aliis tribunalibus ante latum judicium omnibus ordinario juris remedio destitutis provocare licet *m*, nullis legibus astrictum, quo minus causam quamlibet hoc nomine ad eum delatam juxta boni viri arbitrium dirimat & componat: eumque qui decreto suo refragatur, in carcerem conjiciat, & illic detineat, donec scito suo se submiserit *n*.

Sect. 20. Actionem de peculio nostri non agnoscimus. Nam ex eorum contractibus qui in potestate nostra sunt, non tenemur, nisi quatenus jussu nostro contrahunt *o*.

h *Bract.*
i *Duar. de in litem jurande. cu.* 14. & *Corrasius l.* 2. *misc. c.* 8.
k *sup.* § *proxi.*
l *an.* 50. *Eliza. c.* 18.
m *an.* 4. *H.* 4. *c.* 23.
n *Plowd. in fine casus Crofts & Howet fo.* 532. *b.*
o *Doct. & stud. l.* 2. *c.* 42. *v. titulum proximè sequentem.*

QUOD CUM EO QUI IN ALIENA POTESTATE EST, NEGOTIUM GESTUM ESSE DICITUR.

TIT. VII.

ILli servientium nostrorum contractus, quos nostro jussu ineunt, nos obligant *a*. Si enim famulum fundo meo præficiam, & potestatem ei concedam recipiendi jumenta vel pecora ad pastum pro certo precio: male contra eum ago de transgressione vel conculcatione herbarum mearum, qui ex tali pacto jumenta vel pecora sua in illum fundum adegerit *b*.

a *vet. nat. bre fo.* 62. & *Fitz. nat. bre. fo.* 120. *G.*
b *Liber intratio tit. Trespas in Assisment.*

Sect. 1.

Sect. 1. Sed si famulus meus meo nomine pecuniam mutuam acceperit, ego inde non teneor, nisi pecunia meis usibus, idque meo consensu applicata fuerit *c*. Quod etiam in quocunque contractu verum est *d*.

c *vetus nat. br. fo.* 62.

Sect. 1. Sin famulum ad emporium aliquod missurus jussero res certas pro me ut emat, nec designem aliquem à quo illas emptas esse velim: ego quidem illi teneor, à quo eas meo nomine emit. Sed si suo nomine, nullâ mei mentione factâ, emerit, secus se res habet: nisi res emptæ ad meos usus pervenerint *e*.

d *Doct. & stud. l.* 2. *c.* 42.

e *Idem ibidem.*

§. 3. Si quoque famulum ad emporium misero, ut rem meam quam novi esse vitiosam Titio vendat: ego ex tali venditione teneor. Sin ut vendat simpliciter cui poterit, hinc actio in me non competit *f*.

f *Idem ibidem.*

§. 4. Si uxor in foro publico quid emat ab eo, qui de precio ejus fidem sequatur, maritus inde non tenetur, nisi quod emptum est ad illius usus convertatur *g*.

g *vet. nat. br. fo.* 62.

§. 5. Sed jus quandoque præsumit domini consensum, licèt specialiter non expressum, servientis contractui interveniisse, utpote in iis quos mercatores officinis vel tabernis suis quasi institores præficiunt. Nam quotidiana domini præsentia, scientia atque patientia ejus consensum satis arguunt, sive uxores, sive liberi, sive etiam alii domestici sunt, qui merces suas distrahunt.

DE NOXALIBUS ACTIONIbus.

TIT. XIII.

NOxalis actio in dominos ex maleficio servorum Anglis incognita est. Nam ipsi ex propriis delictis conveniri possunt, siquidem villani nostri non prorsus servi, sed tantùm adscriptitii sint *h*. Nisi tamen quis servo suo facinus aliquod præceperit: quia hoc casu tenetur non minus, quàm si quenquam alium hoc jussisset potestati suæ minimè subditum *i*.

h supra. de jure personarum.

i Doct. & stu. l. 1. c. 9.

§. 1. De brutis tamen animalibus & rebus etiam inanimatis, quarum violentâ motione homo quisquam occiditur, quiddam noxalis actionis simile habemus. Si enim vel equus calcitrosus, vel taurus ferocior, vel denique plaustrum à jumentis tractum hominem occiderit: hoc quicquid est (nisi ad regem spectet) quasi sacrum fit: & nescio an consuetudine veteri comburi soleat: sed hodie Regi cedit. Sic tamen, ut re distractâ, precium ejus per regis Eleemosynarium in pios usus erogetur. Quâ de causâ Deodandum appellatur *k*.

k Doct. & stud. l. 2. c. 3. Stawnf. pl. cc. l. 1. c. 2. Novi term. jur. verbo. deodand.

SI QUADRUPES PAUPERIEM feciſse dicatur.

TIT. IX.

QUasi regula juris est apud nos, ut quilibet ad damnum illud resarciendum teneatur, quod, vel se inscio, quadrupes suum vicino fruges

ges, herbas, arbores, fruticesve ejus depascendo vel proterendo intulit *l*,

l *Doct. & stu. l.* 1. *c.* 9.

§. 1. Imo vero qui tale damnum à quadrupede alterius sensit, illud in parcum publicum compactum detinere potest, donec dominus quadrupedis damnum datum compensaverit *m*. Ita ut si quadrupes interim inediâ pereat, domini periculo intereat, non compingentis *n*. Si tamen quod satis est ad damni emendationem dominus offerat, & oblatum alter recuset, dominus potest quadrupedes vicecomitis officio & auxilio redimere, datâ cautione vel illud denuo exhibendi, vel tantum pecuniæ persolvendi, quantum litis eventus damno par esse comprobaverit *o*. Et si re coram vicecomite disceptatâ, damnum datum non appareat, dominus quadrupedis damnum detentionis hujusmodi assequetur *p*.

v. *Fulb. paral. c. com. wrongs fo.* 81. *b.*

m *Idem l.* 2. *c.* 28.

n *idem ibidem & novi term. juris verba damage feisant.*

o *Fitzh. nat. br. in brevi de replegian.*

§. 2. Si Canis cujusquam oves alterius fugaverit vel momorderit, unde vel moriantur, vel abortum faciant, aut aliter damnum capiant, dominus canis ad damnum compensandum obligatur *q*. Quod tamen alii secus esse putant, nisi dominus canem prius mordacem esse noverit *r*, aut eum incitaverit *s*.

p *Fitzh. nat. br. fo.* 69. *G.* p *Novus l. intuitio. tit. Tresp. in chien.*

r *Dyer. fo.* 25. *n.* 262.

s *Dyer. fo.* 29. *n.* 195.

§. 3. Si tamen per viam publicam quadrupedum sive armentum sive gregem quis egerit, quæ in agros vel campos propinquos subitò irrumpunt: ille ea subsequens & abigens ne damnum dent, transgressionis non tenetur *t*. Damnum tamen si quod datum sit, resarcire tenetur *u*.

t *Doct. & stu. l.* 1. *c.* 16.

u *Fulb. paral. c. com. wrongs fo.* 81. *b.*

DE IIS PER QUOS AGERE possimus.

TIT. X.

MInores summoneri debent per tutores, custodes sive procuratores *a*, in loquelis, nisi in causis in quibus minores, non obstanti minore ætate, respondere tenentur: quæ autem illæ sunt, alios consulite *b*.

§. 1. Videtur olim in arbitrio Judicis fuisse positum, utrum aliquem per procuratorem vel atturnatum suum litigare pateretur: quia verba brevis citatorii personalem comparitionem citati exigebant *c*. Sed hoc jus per statuta regni sensim mutatum est *d*. Ita ut hodie nihil sit usitatius, quam unumquemque in qualibet causa privata sive reali sive personali, per procuratorem suum, litem vel inferre vel suscipere. Casus tamen non paucos adhuc reperire licet, in quorum aliquibus procuratorem constituere prorsus prohibemur, in aliis sine venia Justiciariorum non permittimur *e*.

Sect. 2. Procurator etiam vel atturnatus, juxta veteres, in animam domini sui jurare potest *f*.

a *procuratorum nomen hic late sumitur pro omni qui pro minori potest intervenirt v. Fitzh. nat. br.* 27. *H. & Broc. Atturny.* 22. 46.

b *Bract. l.* 5, *tract.* 2. *c.* 1 *n.* 2.

c *Fitzh. nat. br. fo.* 25. *C.*

d *Statut. de Mertin an.* 20. *H.* 3. *c.* 10. *& an.* 9. *Ed.* 1. *c.* 8. *& an.* 13. *Ed* 1. *c.* 10. *& an.* 27. *Ed.* 1. *stat.* 2. *unico, & an* 12. *Ed.* 2. *stat* 1. *c.* 1. *& an.* 15. *Ed.* 2. *c. un. & an.* 7. *Rich.* 2. *c.* 14. *& an.* 4. *H.* 4. *c.* 18. *&* 19. *& an.* 7. *H.* 4. *c.* 13. *& an.* 5. *H.* 5. *c. un. & an.* 2. *H.* 6. *c.* 3. *& an.* 9. *H.* 6. *c.* 10. *& an.* 15. *H* 6. *c.* 7. e *Fitzh. nat. br. fo.* 26. *D. Brocus Atturney.* 69. 81. f *Bract. l.* 5. *tract.* 2. *c.* 2. *nu.* 3.

DE

DE SATISDATIONIBUS.

TIT. XI.

EX conceptis plerorúmque brevium originalium formis apparet actori de lite prosequenda cavendum esse, priusquam reus destringi, capi, aut ad se sistendi cautionem cogi possitg. Verùm hunc usum pridem evanuisse, & verba illa brevibus citatoriis inserta hodie formæ tantùm inservire practici quidem peritissimi mihi tradiderunt. Vicecomes enim in returno brevis fidejussores pro instantiæ prosecutione captos, ad nullitatem processus seu errorem evitandum nominat, cùm re vera nulli obligati sunt.

g *v. Spec. Justic. l. 1. c. des. artic. &c.*

§. 1. Quomodo reus de se sistendo priscis temporibus cavit vel satisdedit, fuse prodiderunt aliqui *h*: verùm illud jus magna pro parte mutatum est. Nos autem ad pleniorem hujus rei explicationem, singularum Curiarum varietates percurrere necessum habemus.

h *v. Bract. l. 5. c. 31. & 32. Spec. Justic. l. 2. c. des trespas. venials &c.*

Sect. 2. Bancus Regius in primis juris nostri incunabulis causas criminales maxima pro parte tractabat: de privatis contractibus (si vera sint quæ legimus,) nisi ex gratia, cognitionem non accepit: sed Justiciariis de banco communi, vicecomitibus in suis comitatibus, & Baronibus in suis feudis disceptandos reliquit *i*. Hodie verò civiles actiones omnes, dummodo ad transgressionem vi & armis aut contra pacem domini regis torqueri possint, pansis ulnis excipit *k*, Et Reus si in eodem comitatu quo Curia est (id est in Midlesexia) inveneri possit: ad respondendum cuicunque actioni privatæ sine discrimine capitur *l*. Sin minus prætextu doli aut

i *v. Glanvil l. 5. c. 2. 3. 4. & l. 8. c. 10. & l. 10. c. 8. & 18.*

k *Crompt. Jurisd. fo. 47.*

l *Hoc. br. billa Midlesexiæ vulgariter appellatur.*

aut contemptus per eum commissu, in comitatu in quo versatur, latitare fingitur, & hoc colore capi jubetur, captusque Mariscallo Curiæ custodiendus tradi. In cujus custodiam cùm semel devenerit: quia nunc tandem in eodem quo Curia comitatu est, ad cuicunque fere *m* actioni respondendum cogi potest: & nisi in carcere Mariscalli detinere velit, de lite suscipienda fidejussorem cautionem interponendum *n*. Et per breve de errore omnis actio simul cum recordis Curiæ eam concernentibus eo hodie revocatur, licet originem ibi sumere non potuerit *o*.

Sect. 3. In actionibus personalibus & civilibus quas in communi banco (quem etiam communium placitorum Curiam appellamus) prosequi instituimus; emanat primò citatio quàm summonitionem nostri dicunt *p*, sed è Cancellaria deprompta, sicut & omnia brevi originalia. Et si Reus non inveniatur, vel inventus non compareat: capi jubetur primò, secundò, tertiò: sic tamen ut quindecem dies singulis brevibus seu mandatis intercedant: Et si capiatur, carceri custodiæ causâ usque diem comparitionis mandatur, nisi vicecomitem, qui hoc casu mandatarius est, de se sistendo idoneis fidejussoribus securum fecerit. Hoc autem si fecerit, nisi ob certas causas, n pristino detineri non debet *q*. Sed si post captionem tertiò decretam prehendi nequeat: mandatur vicecomiti ut eum in aperto & publico Comitatu per quinque dies jurisdicos ad comparitionem exigat: Et si neque sic se stiterit, protectione Regiâ privatur, & subditi beneficium amittit. Proclamatur enim exlex, omniaque bona & catalla *r*, reditus terrarum, & quæcunque inde naturaliter efflorescunt,

m *v. Dyer. fo.217.nu. 1.*

n *v. librum meum de verborum significatione verbo latitat.*

o *Fitz.nat. br. breve de errore Crompt. Jurisd. fo. 47. 48.*

p *Bract.l.5 tract. 5.c. 31.nu.2.*

q *v. vet. nat.br. fo. 41. de homine replegiando, & Fitz.nat.br fo.66.E.*

r *v.novos term. jur. verbo exigent & ut lawrye.*

cunt, fisco forisfacit, idque licèt actio sit personalis *a*.

Sect. 4. In causis realibus, si res petatur corporalis, primò summonetur Reus, & eo non comparente, res petita in manus Regis caditur donec se sistat *b*. Quod etiam pari modo se habet, si post primam comparationem causæ suæ defensionem detrectet *c*. Si res in jure consistat; ut commode capi non possit: summonetur Reus & non comparens bonorum prehensione seu districtione coarctatur *d*. Sed hanc regulam non ausim tam perpetuam dicere ut aliquando non fallat *e*. Verùm accuratâ definitione hîc tanto minus opus est, quia singula brevia formam sive cavendi sive satis dandi, ad quam Reus jure rogendus est, sibi insertam habent *f*.

Sect. 5. Contra nobiles tamen parlamentarios vel corpus politicum captione corporum non proceditur: sed summonitione primum, & propter contemptum, bonorum districtione, donec appareant: Nam jus illos præsumit satis esse locupletes *g*: & hoc sensibilem aliquam existentiam non habet ut prehendi possit *k*. Nobiles etiam aut prelati magnatum titulum vendicantes quique in Parlamento locum habent, hoc semper privilegio usi sunt, ut in municipiis vel burgis, per quæ in itinere prætereunt, ob debitum aliquod super contractu vel transgressione equis suis distringi non debeant, dummodo alia averia ibidem habeant; per quæ distringi possint *i*.

Sect. 6. Sunt quædam causæ in quibus Reus licèt priùs non submonitus, corpore capitur, & de se sistendo per fidejussores seu plegios datos cavere cogitur: & si personaliter intercipi non possit, bonorum captione distringitur: utpote

transf-

a *Brocus forfeiture fo.* 30.

b *v. veterem uat. br. fo.* 126. *a.* & *Cape magnum. fo.* 161.

c *v. Cape parum ibidem*

d *vetus nat. br. Quo jure fo.* 71. *Quare impedit f.* 27.

e *v. assisam vit. præsentat. cod. fo.* 26.

f *De hoc consule Registrum originale.*

g *vetus nat. br. in brevi de debito f.* 61 61.

h *Plowd. f.* 538. *b* 539 *a.*

i *Fitz. nat. br. fo.* 93. *I.*

k *Fitz. nat. br.* 94. *Trespas fo.* 85. & *Trespas sur le cas f.* 92. *vet. nat br. Trespas fo.* 49. l *Hæ sunt actiones de ejectione firmæ vet. nat. br. fo.* 121. *de conspiratione.* 57. *Quod permitta f.* 69. *Revisitmât legard fo.* 92. & *de hærede abducto f.* 93. m *Bract. l.* 5. *tract.* 5. *c.* 31. *nu* 2. *vet. nat. br. fo.* 49. *de transgres.* n *westus Symbolecogr parte* 2 *sit. Proceedins in Chawncery*

transgressio *k*, & aliquot etiam aliæ quæ ejus naturam imitantur *l*. Et si bona deficiant, quæritur Reus primò, secundò & tertiò: Et sic non inventus in aperto Comitatu publicâ præconis voce exigitur, & tandem ob contumaciam post quintam exactionem ex ex pronunciatur *m*.

Sect. 7. In Cancellaria domini Regis quoties ex æquitate illic proceditur citantur rei summonitione, quâ ad diem prestitutum se sistere jubentur sub pœna pecuniaria, nempe centum librarum. si neglexerint, corpore capiuntur si inveniri possint, & vel carceri ndei jussoriæ cautioni committnntur. Sin minus, banno seu proclamatione in diversis locis comitatus publice factâ, sub pœna ligeantiæ suæ vocitantur. Et si neque sic compareant, commissio ad vires aliquos insigniores dirigitur, quâ eum tanquam rebellem & legum contemptorem prehendere sibi concessum habent: & insuper mandatum impositum, ut eum coram Rege in Cancellaria sua ad diem in eandem commissione designatum habent aut haberi faciant *n*. Sed & hîc nobiles parlamentarii suo privilegio gaudent, ut domini Cancellarii literis privatis ad querelam per procurationem aliquem extrahendam, & responsionem suam eidem adhibendam comiter exorentur *o*. Sed si hîc processus juxta juris communis solennitatem, utpote super-computo *p* aut super audita querela *q*, instituatur, brevibus negotio idoneis rei ad hanc etiam Curiam compelluntur.

Sect. 8. In causis criminalibus, si capitales sint, utpote in læsa majestate vel felonia, capi juben-

o *westus ibidem Sect.* 21. p *Cropton. Juris. fo.* 41. *b.* 42. *a.* q *Plowd. fo.* 72.

tur

tur Rei primò, secundò, & tertiò, & si hoc fieri non possit, in Comitatu quinquies exiguntur, & non comparentes exleges pronunciatur & proclamantur *r*. Si verò capiantur, carceri sine omni spe relaxationis usque ad judicium latum in quibusdam causis mandantur *s*. Sed si ob levem suspicionem feloniæ aut laricinium parvum quis capiatur, vicecomes cautionem fidejussoriam pro ejus comparitione accipere potest, & nolens compellitur *t*.

§. 9. Si crimen non sit capitale, vicecomes in mandatis habet Reum coram Justiciariis ad respondendum certis articulis in diem assignatum venire faciat, & si non venerit Reus vicecomes Justiciarios certiores reddere debet, an in bonis satis sit locuples, vel nihil habeat. Nam priori casu bonorum captione distringitur donec veniat: in altero verò, corpore prehendi jubetur: & si ex tertio decreto corripi nequeat publicè in Comitatu exigitur, & sic non comparens utlagatur *u*.

§. 10. Sed & alii sunt particulares in rebus criminalibus procedendi modi certis causis specialiter destinati, quos è statutis Regni, quæ eos jubent, delibare necesse est *x*.

§. 11. Sunt etiam certæ causæ, in quibus actor Rei bona, suâ authoritate capit, ut eum ad extra judicialem satisfactionem, vel saltem ad judicium provocet: sicuti pro reditu, qui servitii *y*, sive oneris *z* nomine debetur.

r *Lamb. eirenarch. in supplemento. Proces upon Indictments. West. 1. c. 15. & an. 23. H. 6. c. 10. & an. 1. & 2. Ph. & Mar. c. & Lamb. εἰρεναρχα l. 3. c. 2. fa. 334 & seqq.*

s *vet. nat. br. de homine replegiando f. 41.*

u *Lamb. εἰρεναρχα in supplemento Proces.*

x *v. Lamb. εἰρεναρχα l. 4. c. 8. p. 505.*

y *Doct. & Stu. l. 1. c. 7. vet. nat. br. Replegiare de averiis fo. 42. & v. supra, Si quadrupes pauperiem tit. 9. hujus lib.* §. 1. z *Litle. l. 2. c. Releases.*

DE

DE PERPETUIS ET TEMPORALIBUS actionibus quæ ad hæredes, & in hæredes transeunt.

TIT. XII.

ACtiones aliquæ sunt perpetuæ, aliquæ tempore præfiniuntur. Licet enim Bractonus ob defectum probationis omnes fere temporale, esse dicat *a*: hoc tamen non tàm à naturâ actionum quàm probationis difficultate provenit.

a *lib. tract. 1. c. 3. n. 5.*

Sect. 1. Perpetuas illas dico, quæ solâ vetustate tacitè expirant, quæque certum tempus durationi suæ expressè præstitutum non habent. Secundi generis sunt plures quæ tàm è jure communi, quàm ex statutis oriuntur *b*. Hæ enim nisi intra dies fatales instituantur, in ævum sepultæ jacent. Exempli causâ: contra eum qui in vivario alterius venatur, dominus vivarii usque ad annum & diem actionem suam habet: sed illo tempore decurso, Rex solus hanc transgressionem persequitur *c*.

b *v. supra. tit. de usucap. & long. temp. præscrip.*

c *westm. pri. c. 20.*

Sect. 2. Sunt autem aliquæ sic perpetuæ, ut nullâ diuturnitate extinguantur: utpote illæ quæ de jure gentium pertinent ad Coronam propter privilegium Regis: sicut de rebus quæ in nullius bonis sunt, nec habent dominum: item de rebus, libertatibus, & dignitatibus quæ pertinent ad Coronam domini Regis, & in quibus casibus nullum tempus currit contra ipsum, si petat: cùm probare non habet necesse, & sine probatione obtinebit, si implacitatus warantum non habuerit, id est specialem libertatem à rege concessam. Quia se ex longo tempore non defendit *d*.

d *Bract. l. 3. tract. 1. c. 3. nu. 5.*

Sect. 3.

§. 3. Aliquæ quoque sunt sic temporales, ut cum persona moriantur, nec hæredibus vel executoribus, aut in hæredem vel executorem videntur: ut pœnales. Pœna enim non debet ad alios extendi quàm ad suos authores, nec ulteriùs progredi quàm se extendit delictum *e*.

§. 4. Imò verò neque ex conventione scripti conceptâ hæredes executoresve vel agunt vel conveniuntur, nisi quatenus conventionis instrumento eorum mentio facta fuerit *f*. Quæ autem actiones statutis regni temporales fiunt, supra ostendimus *g*.

e *Bract. cod. c. 2. nu. 1. & 5. quæ quoque v. l. 4. tract. 1. c. 20. nu. 11*

Doct. & stu. l. 2. c. 10.

f *v. titulum de verborum oblig. l. 3. tit. 16. & §. 5.*

g *tit. de usucap. & long. temp. præscript. l. 2. tit. 6.*

DE EXCEPTIONIBUS.

TIT. XIII.

HActenus dictum est de actionibus: sequitur ut de exceptionibus loquamur. Exceptiones enim loco actionum sunt, & respectu actionum dicuntur exceptiones: quia una alteram impugnat. Et sicut actores actionibus armantur & cinguntur quasi gladiis: ita Rei è contra muniuntur exceptionibus quasi clypeis *b*.

§. 1. Exceptio autem est actionis elisio per quam actio perimitur vel differtur *i*.

§. 2. Actio & metus & doli exceptione tollitur: ut si quis dixerit obligationem per dolum vel metum esse extortam *k*. Item ratione non numeratæ pecuniæ: ut si quis pecuniam cuiquam promiserit à quo eandem paulo post sibi numerandam sperat, contra eum eandem postea petentem excipit. Hæc tamen exceptio literarum obligationem tollere non videtur *l*, nisi & apo-

h *Bract. l. 5. tract. 5. c. 17. in fine Fl. l. 1. c. 32.*

i *Bract. eodem. c. 1. in prin. Flet. l. 6. c. 36.*

k *Bract. l. 3. tract. 1. c. 2. nu. 13. Brit. c. 28. fo. 66. a.*

l *Bract. l. 3. tract. 1. c. 2. nu. 9.*

cham in scriptis Reus demonstrare possit *m*. Item pacto, ut si quis priùs convenerit ut peteret, deinde ut non peteret *n*: vel si quis transgressionem alii factam re aliquâ compensaverit & ita actionem tollat *o*. Item exceptione jurisjurandi juxta veteres, cum sc. delatum fuerit jusjurandum vel relatum & postea juratum *p*. Denique re judicatâ: ut si antecessor petentis vel aliquis hæredum suorum rem petitam amiserit per judicium in causa proprietates: sicut per magnum Assisam, aut duellum, vel juratam aliquam in quam se posuerat *q*.

Sect. 3. Exceptionum quædam sunt dilatoriæ, quædam peremptoriæ *r*. Item dilatoriarum quædam sunt peremptoriæ jurisdictionis, & dilatoriæ actionis & non peremptoriæ: & eodem modo aliæ peremptoriæ brevis & dilatoriæ actionis *s*. Item quædam exceptione sunt generales ad omnia placita sive actiones, & quædam speciales, quæ competunt & dantur contra actiones singulares. Quælibet enim actio habet suas exceptiones appropriatos secundum formam actionum *t*.

Sect. 4. Est autem exceptionis species, quam legis vadiationem supra *u* appellavimus nobis Anglis (quantùm legi) peculiaris. Ad elidendam enim debiti actionem quam testibus & non instrumento actor probaverit, admittitur reus ad legem suam vadiandam faciendamque: id est, contra sectam ab actore productam, defensionem suam facere per juratores pro quolibet teste producto duos usque ad duodecim admittitur. Ipse autem primò jurat se summam petitam aut aliquam ejus partem non debere: & jurato-

m *Novi term. juris verbo Acquittance.*

n *Bract. ubi supra.* 13.

o *Nov. term jur. verbo record.*

p *Bract. ubi supra.*

q *Bract. l.* 5 *tract.* 5. *c.* 28. *nu.* 7.

r *Brit. c.* 29. *& novi term jur. verbo Barre. Fleta. l.* 2. *c.* 54. *& l.* 6. *c.* 36. *& seqq.*

s *nov. term. jur. verbo Addition. Fl. l.* 4. *c.* 10. §. 1. *&* 2. *& l.* 6. *c.* 36.

t *Bract l.* 5. *tract.* 5. *c.* 1. *in prin. quem lege fusius ista declarantem.*

u *Quibus modis tollitur obligatio & fin.*

deinceps de sua credulitate, quod reus ve-
n sacramentum præstiterit *x*. Sed contra in-
mentum sive specialitatem (ut nostri loqu-
ur) legis vadiatio locum non habet *y*.

Sect. 5. Generales verò exceptiones sunt, quæ
abent generaliter ad omnia placita: sicut ex
tio contra jurisdictionem, exceptio contra
sonam agentis, contra breve: exceptio quæ
enit ex tempore secundùm diversa genera
itorum: & exceptio quæ competit ratione
per errorem impetrationis. Hæ autem sunt
atoriæ actionis & quasi extra actionem: &
actionem non perimunt, quamvis illam ad
pus differant *z*.

Sect. 6. Pluribus autem poterit quis uti ex-
tionibus dilatoriis, & diversis, dum tamen
loco: Sed si plures peremptoriæ actionum
ecurrant, unam debet tenens proponere & pro-
re, sicut contingit de actionibus. Ut si alicui
res competant actiones, unâ debet experiri,
si tenens, cùm duas peremptorias propone-
vel plures exceptiones, in probatione defice-
, posset recursum habere ad alias, & probare,
t posset se pluribus baculis defendere: quod
non debet, cùm ei sufficere debeat tantùm
batio unius *a*.

x *Fleta. l.* 2. *c.* 63. § *Nullus liber homo.*

y *Dyer. fo.* 23 *nu.* 14.

z *Bract. l.* 5. *tract.* 5. *c.* 1. *Spec. Justiciar. l.* 3 *c Exceptions dilatorye & seqq. copiosè, tam in causis criminalibus quàm civilibus Fleta. l.* 2. *c.* 61. *l.* 4. *c.* 10.

a *Bract. d. c.* 1. *nu.* 7.

REPLICATIONIBUS.

TIT. XIV.

Contra exceptionem verò, licèt initio com-
petens videatur, subveniri poterit petenti
replicationem. Ut si quis petat, excipere po-
Reus de pacto postea intervenient ne pe-

teret : contra quam replicari poterit ab actore de pacto posterius interposito quòd petat *b*.

Sect. 1. Ad replicationem verò sequitur duplicatio, ad duplicationem triplicatio, ad triplicationem quadruplicatio ex causâ, & sic ulterius in infinitum. Et ita poterit ab initio concedi quòd actio bona sit primâ facie, elisa tamen per exceptionem : & eodem modo quòd exceptio sit bona, elisa tamen per replicationem: & sic deinceps *c*.

Sect. 2. Duplicationem nostri tam in Cancellaria quàm aliis curiis rejuncturam, triplicationem surrejuncturam appellant *d*.

b *Bract. l. 5. tract. 5. c. 1. nu. 4. Fleta. l. 6. c. 36. § Contra exceptiones.*

c *Bract. ibidem nn. 5. v. novos term. jur. verbo Rejoynder.*

d *westus συμβολαιογραφ. parte 2. tit. proceedings in chawncerie sect. 56. & 57.*

e *wesenbech. in paratit. tit. de Interdictis.*

f *Bract. l. 3. c. 7. nu. 2.*

g *quæ vide in Registro originali.*

DE INTERDICTIS.

TIT. XV.

INterdictorum usus jure civili jam olim expiravit : ita ut hodie actiones & interdicta nihil apud ejus alumnos differant *e*. Illis Prætores Romani, ad tumultuarium & repentinam violentiam precipuè circa possessiones reprimendam utplurimùm usi sunt: at in his causis majores nostri judices ad audiendum & terminandum, aut etiam ad assisas capiendas delegabant, eosque non statis temporibus ad controversias universas dirimendas ut nunc, sed ad quodlibet particulare dissidium, quàm primum pullularet, componendum sedandumque emiserunt *f*. Uti nunc res sunt, hujusmodi negotia vel per actiones, vel decreta quæ brevia judicialia dicimus *g*, aut saltem vicecomitis & Justiciariorum ad pacem in quolibet comitatu præfectorum ope expediuntur

juntur *b*. Qui autem legere cupit quid noſtri h *in.* 13. R. 2. *ſtat.* 1. c. entes de poſſeſſione ſive retinenda ſive etiam peranda ſcripſerunt, Bractonem legat *i*, 7 *an.* 15. c. nem *k*, Fletam *l* in ſuis locis. *juſd* c. 2. *an* 8. *H.* 6. c. 9. *Lamb.* εἰρε-

DE POENA TEMERE LITIgantium.

TIT. XVI.

Pud vetuſtiores juris noſtri ſcriptores multa veſtigia apparent ejus ſeveritatis, quâ maes noſtri animadverterunt in eos quos evenlitis actionem temerè & ſine juſta cauſa inniſſe prodidit. Atque hæc licet hodie maxipro parte remiſſa videatur, neque tamen adimpunitas vitilitigatoribus iſtis proponitur. enim aliqui ditibus alium malitioſè vexare rebenſi ſint, curiæ approbrium adferre judiur, & in delicti ſui pœnam carceri aliquancommittuntur *m*.

Sect. 1. Sed hic fere *n* eſt uſus hodiernus, ut or victus reo in expenſis litis condemnetur *o*: verò actori rem peritam & damna, & præ litis expenſas luat. Etſi enim perpetuum ut pars victa in miſericordia *q* Regis pronunur: illa tamen verba quoad actorem ocioſa : quod reum ſic tandem, niſi nimiam perciam in cauſæ manifeſtè injuſtæ propugnatie prodiderit. Sin malitia appareat, capi jube ut pro pervicacia ſua finem Regi faciat cap tamen ſatis levi mulctâ plerunq; coercetur *q*.

vaεχα l. 2. *c.* 4. *an.* 13. *H.* 4 *c.* 7 *an.* 19. *H.* 7. 13. *an.* 2. *H.* 5. 8 *Lamb. eod. l.* 3. *c.* 1. *l.* 2. *c.* 17. *l.* 4. *c a.* & *ſeqq. uſque ad partem ſextam ejuſdem lib.* k *c.* 40. *l.* 3. *c.* 15. *in princ.* & *l.* 4. *c.* 1. & *multis ſeqq* m *nov. lib. intratio. tit. Attorney nu.* 1. *Fitz. nat. br. fol.* 114.

n *Dico* (*ſerè*) *quia in brevi de re-*

b, *de ave*, & *nuper obiit*, *damna n̄ dantur. vet. nat. br. fo.* *b.* & 117. *a.* o *an.* 23. *H.* 8. *c.* 15. & *an.* 24. *H.* 8. *c.* 8. p *Fitz.* *ut. br. fo.* 75. *K.* q *Hoc a practicis didici. v. Dyer um f* 67. *nu.* 9.

§. 2. Apud majores nostros magna vetera-
torum licentia fuisse videtur, quod solâ invidi
& contendendi libidine homines per brevia ap
prehendi & ad satisdandum de se apud bancum
regium, curiam Mariscalli, & alias nonnullas si
stendo cogere possent, cumque ad diem siste
rent, impunè eis nihil objicere. Verùm publicum
regni consilium, huic malo jampridem pruden
ter occurrendo, omnes qui aliquem sic prehend
procurarent, & contra eos se sistentes actionem
suam prosequi detrectarent, sumptuum & dam
norum restitutioni obnoxios fecit. Cumque e
processerint impudentiæ nonnulli procaces, t
fingerent aliquando homines in rerum natur
non existentes, quorum nomine alios sic corri
perficerent, tale aliquid in posterùm perpetra
tes sex mensium incarcerationi sine redemptio
spe mancipandos sancivit *r*.

r an. 8. Eliz. c. 2. v. quoque 17. R. 2. c. 6. de mesa Consiliariorum.

§. 3. Ad reprimendam autem hominum li
giosorum potentiam, quos sola spes expensar
in fine litis recuperandarum vel de nuce qua
bet contendere movet, publico Regni consili
nuper stabilitum est, ut qui actionem perso
lem titulum terrarum, liberum tenementum
hæreditatem, aut verberum injuriam (quam bat
teriam dicimus) minimè tangentem, in Curi
aliqua Westmonasteriensi instituunt, in qua de
bitum & damnum Judices Curiæ ad summam
quadraginta solidis minorem æstimabunt, liti
expensas causæ principalis valore majores no
ferant. Et cum vicecomes aut ejus deputati sub
ditos domini Regis antehàc sine mandato au
brevi regio ad tribunalia prædicta summonere
vel etiam corporis aut bonorum captione urge
re soleant, hoc deinceps audere prohibentur
quique hoc delinquerit, vel alium delinquer
procuraverit

procuraverit, carceri sine omni relaxationis spe mandandus est, donec ultra damna & expensas litis, decem libras parti læsæ, fisco viginti persolverit *s*.

s an.43.E. lizab.c. 6.

§. 4. Nec ab omni lite temerè cœpta impune resilire licet. In nonnullis enim causis, si quis post rei in judicio comparationem, instantiæ renunciare velit, in expensis litis reo condemnandus est *t*. Promotores etiam causarum fiscalium, si post delationem institutam, causam vel deserant, vel protelent, vel in eadem succumbant, parti promotæ in damnis & expensis litis per curiam taxandis condemnandi sunt *u*.

t an.23.H. 8. c. 15.

u an. 18. Eliza.c. 5.

§. 5. Etiam illi qui aliquem in judicium capitis, famæ, vel fortunarum suarum delicti alicujus prætextu vocant, & in probatione deficiunt, tanquam ex præsumpta malitia actioni subjiciuntur, quam de conspiratione dicimus *x*, & ad justam damnorum ex tali accusatione vel denunciatione sustentorum restitutionem tenentur *y*, & aliquo in casu ad triplum *z*.

x an. 33. Ed.1. stat. 2. c. unico. an.18.H.6. c.12.an. 3. H.7.c.1.

y Fitz nat. br.f.115 I.

z an.8.H. 6.c. 10. a an.11.H. 7. c. 12. b an.23.H. 8.c. 15.

§. 6. Audivi etiam à nonnullis practicis haud contemnendis affirmatum, quòd si quis pauperiem suam allegans, actionem contra aliquem sine expensis prosequendi licentiam, vel in banco Regis, vel communium placitorum, vel etiam in Cancellaria juxta statutum *a* obtinuerit, & in fine litis petulantiam potius & rixandi libidinem, quàm justam litigandi causam prodiderit, flagris cædendus non rarò judicetur *b*.

§. 7. Sed majores nostri sacramenti religione homines à levioribus & temerariis litibus deterrere solent. Nam breve de transgressione violenta seu batteriâ coram Justiciariis regis prosequendum, nisi de vulnere aut mahemio suscepto quis conqueri vellet, omnibus interdixerunt,

dixerunt, qui prius de veritate causæ suæ juramentum non subirent. Et in transgressione super bonis raptis jurabit spoliatus quòd bona rapta ad valorem 40 solidorum se extendunt *c*.

c stat. Gloucestrie an. 6. Ed. 1. c. 8.

Sect. 8. Ad celeriorem litium diremptionem statuta nonnulla communis regni consensus non minori prudentiâ quàm æquitate promulgavit *d*: quæ quod malitiosâ subtilitatum calumniâ rejectâ, rei veritatem Justiciariis præcipue commendent, bonis omnibus optandum est, ne privato commodo postponantur *e*. His etiam non inepte forsan annumeratur illud, quo subvicecomitum eorumque clericorum, & ballivorum vaframenta coërcentur *f*.

d an. 32. H. 8. c. 30. an. 18. Elizab. c. 14 an. 27 ejusd. c. 5. & 4. & 5. Plowd. casu Patridge f. 83. b. & casu welkden. f. 522. b. & 523. a.

e v. term. jur. verbo Feofail. tan. 7. Eliza. c. 12.

DE OFFICIO JUDICIS.

TIT. XVII.

JUsjurandum à Rege nostro in sua inauguratione sive coronatione susceptum tale est quòd nimirùm jura & libertates sanctæ Ecclesiæ, quas Christiani Angliæ reges eidem indulserint, sartas tectas conservabit: quòd terras & dignitates omnes & singulas ad Coronam spectantes sine diminutione custodiet: & si quæ quoquo modo lædantur aut amittantur, eas pristino statui restituere totis viribus nitetur: quòd pacem sanctæ Ecclesiæ, & tam cleri quàm populi integram fovebit: quòd in ferendis sententiis justitiam cum prudentia & lenitate temperatam omnibus ministrabit: quod priscas regni leges & consuetudines universo populi consensu receptas atque stabilitas & retinebit & observabit: omnesque

omnesque leges & consuetudines pravas & iniquas religet & abrogabit: quod denique populo regni sui pacis securitatem pro viribus suis præstabit, & præstari ab aliis procurabit *g*.

§. 1. Sacramentum Justiciariorum regiorum & Baronum de scaceario est hujusmodi: quòd se bene & fideliter Regi ejusque populo inservient, neque consensum suum rei cuiquam præbebunt, quæ ad damnum aut exhæredationem suam verti poterit: quòd neque feudum neque liberaturam ab aliquo præter Regem merebuntur: quod munus aliquod ab aliquo qui causam coram eis pendentem habet, præter esculenta & poculenta mediocris valoris, non accipient, neque postea pro causa quicquam *h*. Quòd consilium nemini, in re aliqua quæ Regem tangere potest, præbebunt, sub pœna essendi ad Regis voluntatem tam quoad corpora quàm bona: quòd regiis literis non deterrebuntur, quo minùs quod justum est cuique faciant *i*.

§. 2. Hunc ab ultimis nostrarum rerum principiis ad hodierna tempora morem traductum habemus, ut quoties aliquis de terrarum aut tenementorum proprietate in feudo simplici *k* in jus vocatur, electionem habeat, per patriam an per duellum litem terminari velit. Si patriæ judicium præferat, per grandem assisam controversia finem capit *l*. Sin duellum, dies prælio constituitur, quod juxta leges pugnæ singularis per pugiles (quos campiones nostri dicunt) commissum, suo eventu causam decidit *m*.

§. 3. Vetus etiam regni consuetudo postulat ut omnes actionum privatarum exitus, præter

g *v. Bract. l. 3. tract. 1. c. 9. nu. 2. v. vet. compendium statutorum verbo Sacramentum Regis. Fitz. nat. br. fo. 232. A. v. spec. Justis. l. 1. c. 1. Fl. l. 1. c. 7.*

h *v. Bract. l. 3. tract. 1. c. 8. nu. 2. & 3. & c. 10., & Dominum de Fortiscuto. c. 1.*

i *an. 18. Ed. 3. stat. 4. c. unico. an. 20. Ed. 3. c. 1. Dyer. f. 138. nu. 27. & an. R. 2. c. 10.*

k *Fitz. nat. br. fo. 1. A.*

l *Glanvil. l. 2. c. 6. & 7. Brit. c. 42. Spec. Just. l. 2. c. de novel disseis.*

m *v. Dyer. fo. 310. nu. 40. 41. 42.*

paucos,

paucos, quoad factum *n*, per duodecim liberos & legales homines de vicina dijudicari debeant, qui neutri partium affinitate aliquâ astringuntur *o*, neque aliâ justâ exceptione repelli possunt *p*,

§. 4. Quibus delictum aliquod capitale vel felonicum coram Judice denunciabitur, aut qui (ut nos loquimur) coram Judice indictabuntur, ad causam suam propugnandum, nisi quæstio juris suboriatur, advocatum habere non possunt. Leges tamen postulant, ut ipse Judex reum in omnibus instruat, quæ ad formam suæ defensionis spectant, ne inscitiâ suâ innocens in vitæ periculum prolabatur *q*. Sin verò ad instantiam accusatoris aliquis de tali delicto appelletur, defensoribus uti potest: Et si ita pauper sit, ut propter inopiam homines in jure peritos conducere nequeat, Judex illi saltèm petenti patronum assignare debet, qui pro eo postulet *r*.

§. 5. Summam ad quem quis transgressionem vel injuriam sibi factam æstimat, Justiciarii ex vere dicto juratorum, vel etiam ex officio suo moderantur *s*. Nam expensas per juratores taxatas posteà ex causa augent.

§. 6. Si Juratores post sacramentum susceptum coëuntes, de responso (seu veredicto) suo consentire non possint, ita ut timor sit ne inediâ pereant (quia jus commune prohibet eos sine Judicis licentia vel edere vel bibere, donec de veredicto suo invicem consenserit) cùm tale periculum apparet, judex potest eis veniam edendi bibendique concedere, & eos denuò ad consultandum remittere: & si tandem nullo modo conspirare possint, eos mulctatos dimittere, aliosque in eorum locum subrogare *t*.

n v. Plowd. Assisc. de frese force in London f. 92. & casu Townsend. 114. b.
o Doct. & stu. l. 1. c. 7.
p Dyer fo. 144 n. 59. f 176. n. 27. f. 316. n. 3. & Brokum tit. chalenge Fl. l. 1 c. 32 Doct. & stu. l. 2. c. 52.
q v. Dominum. de Fortiscuto. c. 27. Doct. & stu. l. 2. c. 48. Stawnf. placor l. 2. c. 63.
r Doct. & stu. ibidem.
s Bract. l. 3. tract. 1. c. 1. in prin.
t Doct. & stu. l. 2. c. 52.

Sect. 7.

§. 7. Noxalem actionem nostris ignotam esse supra diximus *u*. Cùm itaque de hoc judicio Judex non adeatur, omni observationis curâ liberatur, quâ formâ vel absolvat vel condemnet.

§. 8. Si in actione reali Judex pro possessore vel tenente pronunciaverit: hoc tantùm restat ut petitorem (quem nos petentem vel demandantem dicimus) in expensis litis condemnet: sin verò pro petitore, tum in damnis & litis expensis per duodecim æstimandis possessorem condemnare debet, & vicecomiti imperare *x* (vel si causa beneficialis sit, ordinario *y*) ut petentem in possessionem mittat, qui sine tergiversatione hoc præstare tenetur. Atque hoc verum est, sive nomine hæredis, sive quo alio quis rem petat: sive etiam prædo, sivæ bonæ fidei possessor fuerit. Nam ut prædo aut violentus intrusor non favore sed pœna dignus est: sic bonæ fidei possessor per juratores damnis aut nullis aut levibus oneratur *z*.

§. 9. Actio ad exhibendum rebus mobilibus potissimùm inservit: nos autem res mobiles rei vendicatione nunquam petimus, ut supra dictum est *a*, sed rei petitæ precium proponimus, atque ita & rem nostram esse & tanti valere probando, rem vel precium assequimur *b*. Reum ad rem exhibendam cogi jure nostro non invenio. In petitione tamen terrarum vel juris incorporei vel petens vel tenens rei petitæ visum petere potest *c*, si ex necessitate & non causæ protrahendæ intentione hoc peratur *d*. Quo in casu Judex vic comiti mandat, ut ad diem assignatum terræ petitæ visum capi faciat per tales visores, qui Curiam de ejus quantitate in

u *de noxal. action. tit. 8. hujus lib.*
x *v. scire facias Fit. zh. nat. br. in judice per totum. & Registrum judiciale.*
y *breve ad admittendum clericum. Fitz. nat. br. fo. 83.*
z *Bract. l. 3. tract. 1. c. 3. & 5.*
a *tit. de actionibus. Sect. 5.*
b *Ibidem.*
c *Ingham § bref. de entrusien. Fl. l. 2. c. 54. §. 1. & l. 4. c. 27. § Cum autè breve.*
d *Fl. l. 6. c. 21 §. 1. & seqq.*

e Nov. lib. intratio. tit Assise in Barre 2.& tit. Dower in view. 1. 2. ubi etiam v. tit. view Dyer f. 61. n. 33. 34. Fl. l. 6. c. 22.

in alium diem certiorem reddant *e*.

§. 10. Quod Romani familiæ erciscundæ judicium dixerunt nos hæreditatis partitionem dicimus. Sed ubi illi tam mobilia quàm immobilia inter hæredes erciscebant: nos tantùm immobilia partimus inter eos quos vel jus commune vel loci consuetudo ad hæreditatem æqualiter vocat *f*. Hæc autem partitio vel consensu hæredum fit, vel authoritate Judicis. Quæ consensu fit, aut sic fieri potest, ut totâ hæreditate in partes quàm fieri possit æquales divisâ, primus primò, & reliqui suo ordine capiant *g*: aut sortibus. Ejus formam quæ fit authoritate Judicis, latissimè à Bractono & Litletono descriptam habemus *h*: in qua hoc ultimum est, ut quod plus uni datur in uno loco, illud alteri in alio loco compensetur *i*.

f Litleton. l. 3. c. 1. & 2.

g Litle. l 3. c. 1. & 2. & v. nov. term juris. verbo Partition.

h Bra. l. 2. c. 33. 34. Litle. ubi supra.

§. 11. Qui simul tenent (sive conjuncti tenentes sive etiam tenentes in communi) ad partitionem jure communi cogi non potuerunt. Sed constitutio regni hoc mutavit *k* Nunc itaque si inter eos partitio fiat, idem videtur observandum quod de cohæredibus dictum est *l*.

i de c 33. n 8.

k an. 31 H. 8. c. 1. & an. 32. ejusd. c. 1 §. 9. hujus tit. & v. supra tit. de societat. §. 8. Fitz. nat. br. per ambulatione. faciendâ fo. 134.

§. 12. Quando uterque eorum qui feuda sua confinia, vel villas contiguas habent, fines suos distingui cupiunt, Regis mandatum ad vicecomitem impetrant, ut auxilio duodecim hominum qui prudentiores è vicinia sunt ad hoc juratorum, utriusque limites æqualiter discernat & determinet *m*: & de hac distinctione sub sigillo suo & sigillis quatuor militum qui eidem negotio interfuerint, se ad diem assignatum certiorem faciat. Quòd si alter ad fines regundos invitus sit, quia illo forte injuriam facit: alter Regis mandatum ad vicecomitem impetrare potest, ut æquam limitibus eorum

&

& apertam distinctionem adhibeat *n*.

§. 13. Quod autem Rex aut ejus Justiciarii, per vicecomitem de ejus officio peracto certiores facti, cuiquam adjudicaverint, illud statim ejus fit cui adjudicatum est *o*.

n *Nov. ter. jur. verbo perambulatione faciendâ &c. Fitzb. nat. br. de rationabilibus divisis fo.* 128.

o *Litle. l.* 3. *c.* 1.

DE PUBLICIS JUDICIIS.

TIT. XVIII.

Pœnarum quibus malefactores puniuntur, aliquæ vitam adimunt, aliquæ membrum, aliquæ civitatem, burgum, vel provinciam; aliquæ exilium perpetuum, vel ad tempus aliquæ corporis coërtionem, ut imprisonamentum perpetuum vel ad tempus, fustigationem, verberationem, aliquæ pœnam pilloralem, tymboralem, & damnum cum infamia inducunt. Aliquæ quoque dignitatis & ordinis depositionem, vel alicujus actus privationem vel prohibitionem *p*.

p *Bra. l.* 3. *tract.* 1. *c.* 6. *v. Specul. Fusticiar. l.* 3. *c. des peines & seqq. v. Fl. l.* 1. *c.* 16. q *v. Cokum l.* 4. *Icasu*

§. 1. Publicorum judiciorum primum locum, propter atrocitatem *q* suam, jure occupat crimen illud, quod vulgò proditionem dicimus. Proditionem *r* autem in magnam & parvam distribuimus. Magna est illa quam Romani læsam majestatem appellant. Hæc nostro jure variis modis committitur: nempe internecionem Regis, Reginæ, aut filii & hæredis eorum apparentis perpetrando vel etiam machinando: Regis uxori aut filiæ natu maximæ adhuc cœlibi, aut uxori filii sui primo-geniti stuprum violenter inferendo *s*: arma contra Regem intra regnum

Beverley. f. 124. *b.* r *quid sit proditio originaliter. v. Speculum Fusticiar. l.* 1. *c. definition. de treason. v. Flet. l.* 1. *c.* 21. *s v. Specul. Fusticiar. l.* 1. *c. del peche de majesté.*

con-

t *v. Dyer. f.* 91. *nu.* 56.
u *v. Cokum l.* 4. *casu Ephippiatiorum f.* 57. *b.*
x *v. Specul. Justic. l.* 1. *c. de fansonerie &c. delamonoy fansie.*
y *an.* 25. *Ed.* 3. *c.* 2.
z *Dyer. f.* 298. *nu.* 29. *& fo.* 300. *nu.* 38.
a *v. quasdã quæstiones & responsiones additas parlamento tento an.* 21. R. 2.
b *an.* 1. *Mar. c.* 6. *v. Bract. l.* 3. *tract.* 2. *c.* 3. *nu.* 2. *v. Glanvil. l.* 14. *c.* 7.

concitando *t*: hostibus Regis adhærescendo aut suppetias ferendo *u*: sigillum Regis magnum aut parvum, aut numisma fingendo *x*: nummos adulterinos in regnum ad regii numismatis similitudinem accitos, scienter invehendo, eosque exponendo: Cancellarium Regis Thesaurarium, alterutri banci Justiciarium, itinerantem, aut ad Assisas capiendas, aut ad audiendum & terminandum delegatum, pro tribunali sedentem, aut munus suum obeuntem occidendo *y*. His quoque non injuriâ adscripserimus eum qui in partibus transmarinis existens exterum aliquem ad regnum hoc cum exercitu invadendum exhortatur *z*.

§. 2. Qui præterea Regis potestatem vi metuve sic cohibent aut coarctant, ut eo minùs regium suum munus exercere, aut prærogativâ suâ frui possit, Justiciariorum aliorumque peritorum Jurisconsultorum judicio læsæ majestatis rei pronunciantur *a*.

§. 3. Hujus quoque criminis rei sunt, qui Regis signum manuale, signaculum, vel sigillum privatum, vel numisma forinsecum hoc in regno approbatum, falsant *b*, minuunt, aut deterius reddunt *c*. Qui scripto, typis, sermone vel facto quoquam, externi cujusquam, principis, prælati vel status, authoritatem vel jurisdictionem in spiritualibus infra hoc regnum, vel aliquam Regis ditionem tertiò affirmant asseruntve *d*: qui sacramentum de suprema Regis nostri in causis spiritualibus authoritate, vel personas ecclesiasticas potestate, secundò oblatum recusant *e*.

c *an.* 5. *Eliz. c.* 11. *& an.* 14. *ejusd. c.* 3. *& an.* 18. *c. prin. v. an.* 3. *H.* 5. *c.* 5. *v. Flet. l.* 1. *c.* 22. d *an.* 1. *Eliz. c.* 1. e *an.* 5. *Eliz. c.* 1.

Sect. 4.

§. 4. Hoc quoque crimine antehac implicabantur, hujus regni vel cujusquam alterius castellum, turrim, propugnaculum, arcem aliquam, navem, majora tormenta, aut alia munimenta bellica regiæ majestati per vim detinebant, eademque intra sex dies, postquam ad hoc publico edicto requisiti fuerint, non retradebant: qui navem aliquam Regis sponte comburebant, destruebant, aut comburi destruive faciebant, vel portum aliquem sui dominii obstruebant, obstruive faciebant, vel in aliquo præmissorum delinquenti suppetias ferebant consiliumve præstabant *f*: qui quenquam ob læsam majestatem personam Regis attingentem carceri vel alii cuiquam custodiæ commissum, postquam ejusdem convictus fuerit, relaxare quoquo modo conabantur, & tale suum conamen verbo vel facto propalabant *g*. Sed hæc cum regina Elizabetha pariter expirarunt.

f an. 14. *Eliz. ab. c.* 1.

g an. 14. *Eliza. c.* 2.

§. 5. His accedunt qui Regis nostri subditos, vel quenquam intra sui dominii limites, à naturali obsequio suo erga Regem, aut a religigione hîc stabilitâ virtute bullæ sive quocunque prætextu absolvunt, & absolutos ad religionem Romanensem, aut sedis Romanensis vel alterius cujusquam potestatis obedientiam pelliciunt vel exhortantur; aut etiam sedi prædictæ conciliati obedientiam eidem vel cuiquam alii potestati promittunt *h*: qui præterea, cum hujus imperii subditi sint, sacerdotes, diaconi, Jesuitæ, authoritate aliquâ à Romano Pontifice derivatâ, in partibus transmarinis facti, aut in alium quemcunq; ordinem ecclesiasticum cooptati, in aliquem Regis nostri ditionem revertentur: vel etiam laici in aliquo seminario Jesuitarum collegio transmarino ab anno quinto Elizabethæ educati,

h an. 23. *Eliz. c.* 1. *v. an.* 13. *Eliz. ab. c.* 2.

i *an.* 27. *Eliza. c.* 2.
k *Stawnf. pla. cor. l.* 1 *c.* 44.
l *Idem ibidem v. tamen. an.* 23 *Eliz. c.* 1.
m *an.* 1. & 2. *Ph. & Mar. c.* 10. *an.* 5. & 6. *Ed.* 6. *c.* 11. & *an.* 1. *c. juſd. c.* 12. & *an.* 23. *Eliz. c.* 1. & *an.* 1. *Eliz. c.* 6.
n *an.* 14. *Eliz. c.* 3. & *nov. term. jur verbo miſpriſion.*
o *an.* 14. *Eliz. c.* 2.
p *n. nov ter. jur verbo miſpriſion.*
q *an.* 26. *H.* 8. *c.* 13.
r *v. Plowd. caſu Nevile fo.* 381. & *caſu comitis Leceſtriæ fo.* 391. *b. v. ſtat. an* 33. *H.* 8. *c.* 20. *ſ v. an.* 18. *Eliz. c.* 1. & *an.* 5. *ejuſd. c.* 11. & *an.* 5. *ejuſd. c.* 1.

educati, ante diem præfixum domum non redierunt, nominibuſque ſuis, aut Diœceſano loci ubi appulerunt, aut duobus Juſticiariis ad pacem datis, Regiæ majeſtati ſe non ſubmiſerunt, & obedientiæ in ſpiritualibus ſacramentum non ſuſceperunt *i*.

§. 6. Qui alicui in crimen læſæ majeſtatis proſabenti vel præcipit, vel auxilium fert, vel conſilium præbet, læſæ etiam majeſtatis reus eſt. *k* Nam in majori proditione omnes ſunt principales *l*.

§. 7. Qui tamen conſcius eſt tantùm, proditoribus nullo modo aſſiſtens, is non læſæ majeſtati ſed miſpriſioni tantùm læſæ majeſtatis eſt obnoxius, quia proditores celavit *m*. Qui num nos extraneos in hoc regnum non admiſſos privatim cudit, is miſpriſionem proditionis ejuſque pœnam incurrit *n*. Quod & de eo nuper dicendum fuit, qui quenquam ob læſam majeſtatem perſonam Regis attingentem, vel ejus ſuſpicionem, cuſtodiæ commiſſum nec adhuc indictatum, aut relaxabat, aut relaxare libe-rumque dimittere nitebatur *o*. Idem etiam dicendum eſt de eo qui ſigillum magnum literis Regis patentibus affixum tollit aliiſque affigit *p*.

§ 8. Læſæ majeſtatis condemnatus omnia quæ habet, tam terras idque talliatas *q*. quàm catalla & jura *r* ſi eo & principi applicandâ maximâ pro parte perdit *ſ*. & præterea cratibus vimineis ſtramine coopertis impoſitus, à carcere ad crucem ſupinus equo trahitur: quò cum pervenerit, collo ſuſpenditur, ſed vivus in terram demittitur: &

deinde

deinde per carnificem, abscíscis priùs virilibus, intestinis exectis, corde evulso, & in pyram propinquam singulis conjectis, reliquum corpus capite privatur, & truncus in quatuor quartas securi dissecatur *a*. In aliquibus tamen casibus, tantùm trahuntur & laqueo suffocantur *b*. Atq eousq; proditoris memoria damnatur, ut non solùm caput reliquique trunci partes palis publicè positis affigantur, donec vel à volucribus devorentur, vel sublimè putrescant: sed etiam soboles ejus, si quam habeat, omni nobilitatis sanguinisq; paterni prærogativâ plerisq; in casibus spolietur *c*. Fœminæ autem læsæ majestatis convictæ ad palum ligatæ cremantur *d*.

§. 9. Misprisio læsæ majestatis bonorum omnium catallorumque confiscatione, usus fructus commodiq; terrarum suarum omnium, quamdiu vixerit, privatione, & corporis ad libitum Regis incarceratione punitur *e*.

§. 10. Proditio seu traditio minor est, quando quis subditum aliquem, sed eum cujus est in potestate, malitiosè interficit: utpote uxor maritum *f*, religiosus prælatum, filius patrem vel matrem, juxta aliquos, licèt non sine aliorum contradictione *g*, serviens herum vel heram *h* Istis antiquitas & alios addidit: nempe non solùm eos qui consanguineos aut affines suos occiderent, sed & qui capitali aliquâ fraude hæreditatē, mēbrum, aut honorem tangente circumvenirent: & servos etiam qui vel tale aliquid in dominos suos perpetrarent, vel etiam cum uxoribus eo-

a *v. Flet. l.* 1. 16. §. *Eucntus.*
b *Dyer. fo.* 230. *nu.* 55
c *Fulb. paral. c. Seignoryse fo.* 26. *b.* & 27. *a. v. Plowd casu Comitis Lecestriæ fo.* 391. *b.*
d *Fleta. l.* 1. *c.* 22. §. *sunt & fabricatores.*
e *term. jur. verbo misprision.*
f *Dyer. fo.* 253. *nu.* 103. & *fo.* 333. *nu.* 25.
g *v. Lamb. fo.* 284.
h *v. an.* 12. *H.* 7. *c.* 7. *Stawnf plac. cor. l.* 1. *c.* 2. *Lamb. ciren. l.* 2. *c.* 7. *fo.* 240. *Crompt. Jur. fo.* 18. *Plowd. casu dom. Hales fo.* 260. *a. Dyer. fo.* 128. *nu.* 57.

rum, filiabus, meretricibusve concumberent; aut sigilla eorum falsarent *i*. Pœna hujus delicti est, ut quis è carcere ad crucem tractus illîc malo laqueo suffocetur *k*. Fœmina tamen eodem supplicio hîc quo propter læsam majestatem plectitur *l*. Bonis quoque ad fiscum, & terris ad dominum feudi transmittendis excidit: sic tamen ut Rex annum, diem, & vastum priùs habeat *m*.

§. 11. Reliqua delicta capitalia unico feloniæ nomine comprehenduntur: licèt læsam majestatem latiori suâ significatione felonia contineat *n*, & strictiori ad murdrum aliquando non extendatur *o*.

§. 12. Feloniæ autem aliquæ adversus universam Rempub. admittuntur, aliquæ adversus privatum aliquem principalitèr, licèt ex consequentia & adversus Rempub *p*. Prioris generis sunt Cacodæmonum coniuratio, fascinatio, incantatio, quâ quis interficitur, vel etiam qualiscunque post primam convictionem, quâ corpus hominis languidum aut tabidum redditur, hactenus feloniæ nomine notata fuit, & morte puniebatur *q*, Sed hodie qui invocatione vel conjuratione cujusquam cacodæmonis utitur, qui cum spiritu aliquo malo consilium capit, aut quicquam paciscitur, vel etiam spiritum aliquem malum commercio excipit, mandato onerat, pascit, præmiove remunerat ad finem quemcunque: qui cadaver humanum sepulchro suo vel dormitorio quocunque effodit, pellem, os, aut aliam aliquam partem hominis mortui veneficio, fascinio, præcantationi, incantationi applicandam eruit: denique qui genus aliquod veneficii, fascinii, præcantationis, incantationis exercet, unde mors cujusquam, destructio, languor

i *Fleta.l.1. c.37. Spec. Justic.l.2. c. Appel de majeste & Appel de treson, & c. Respons. de treson, & l. 3. c. des infamis in fine.*

k *Crompt. Just. f. 18. Fleta.l.1. c. 37.*

l *v. supra. hoc tit. §. 8*

m *Stawnf. pla cor.l.1. c 2. & prærog.16.*

n *Lamb. εἰρεναρ.l.2 c.7. Plowd casu Mines fo 333.b.*

o *Perkinus Dower. 349 an. 22. H. ã. c. 14.*

p *Lamb. εἰρεναρ. l. 2. c. 7.*

q *an 5 Eliza.c.16.*

guor corporalis, consumptio, tabes aut claudi-
tas subsequetur: ipse cum auxiliatoribus, incita-
toribus consiliariisve suis, sine omni clericatus
beneficio, feloniæ reatu perstringitur. Et præte-
rea ad perpetuam tam atrocis blasphemiæ ex-
irpationem provisum est, ut quisquis in se susci-
pit per veneficium, incantationem, præcanta-
onem, aut fascinationem dicere vel declarare,
quo loco thesaurus aliquis auri vel argenti inve-
niri possit, aut reconditus jacet aliquem ad a-
morem illicitum provocare; bona cujusquam
destruere vel diminuere; denique corpus cujus-
quam perdere vel lædere: licet intentionem ad
effectum non perduxerit unius anni carceratio-
nem sine omni favore sustineat: atque interim
tempore quolibet trimestri semel in pyloriam
per sex horas in publico foro subactus delictum
suum apertè confiteatur. Semel autem convi-
ctus, si iterum hoc tenârit, omni spe veniæ sub-
latâ, morti addicatur *r*.

§. 13. Huc aptè adjicitur peccatum cum brutis
Sodomiticũ *s*; Jesuitarũ aut sacerdotum in trans-
marinis seminariis educatorum receptio *t*. Re-
cusatio abjurationis in papistis, & post abjurati
onẽ factam eorum in regnũ reditus *u*. Rebelles
conventus *x*: praxis multiplicandi auri & argen-
ti *y*: procuratio ut latomi vel λίθοξοοι se in con-
venticula congregent *z*: militum, nautarum,
tormentariorum à suis capitaneis recessus *a*: e-
quorum in Scotiam exportatio *b*: secunda ovium
in transmarinas partes trajectio *c*: vagabundo-
tum in exilium missorum reditus in regnum *d*:

q *an.* 1. *Jacobi sess.* 1. *c.* 12.
r *an.* 25. *H.* 8. *c.* 16.
s *an.* 27. *Eliz. c.* 2.
t *an.* 35. *Eliz. c.* 1. & 2.
u *an.* 1. *Mar. parl.* 1. *c.* 12. *quod statutum*

e piravit. x *an.* 5. *Hen* 4. *c.* 4. y *an.* 3. *H.* 6. *c.* 1. 2. *an* 18. *H.* 6. *c.* 19. & *an.* 2. & 3. *Ed.* 6. *c.* 2. 4. 5. b *an.* 23. *H.* 8. *c.* 16. *an.* 1. *Eliz. c.* 7. c *an.* 8. *Eliz.* 3. 3. d *an.* 39. *Eliz. c.* 4.

nepotum oberrantium, qui se Aegyptios nomi-
e *an.* 1. nant, grassatio *e*: mi itum & naurarum pigra va-
& *Ph.* & gatio *f*: Literarum testimonialium vel fictio vel
Ma. c 4. etiam usus fraudulentus *g*: equitatio in armis ad
an. 5. *Eliz.* feloniam aliquam perpetrandam *h*: riparum in
c. 20. *an.* Marishlandia effractio *i*.
39. *Eliz.* §. 14. His etiam similes videntur illæ felo-
c. 4. 4 niæ, quæ è carcerũ effractionibus orinntur: utpote
& 17. ejus qui pro felonia vel feloniæ suspitione incar-
f *ibidem.* ceratur, eruptio, aut spontanea ejus per com-
g *ibidem* mentarienſem dimissio, quam voluntarium esca-
an. 39. pium dicimus, aut denique auxilium in tertio,
Eliz. c. quod rescussum *k*. Numulorum fabricatio, aut in-
4. & 17. hoc regnum invectio quos (Gallihalfpens, suf-
h *an.* 25. kins, dorkins & blanks (majores nostri appella-
Ed. 3. *c.* runt, saltem ut eos venditioni exponant *l*. Recor-
2. *Rastals* di subductio *m*: subditorum per provisores re-
abridg. tit. gios aliosve violenta oppressio *n*: etiam incarce-
Treason. ratorum dura & tyrannica per commentarien-
i *an.* 2. & ses custodia, quâ captivos suos probatores esse
3. *Phav.* & compellunt *o*. Atque hæc de feloniis prioris ge-
Ma. cap. neris.
19. §. 15. Feloniæ quæ primò ac principaliter priva-
k *Lamb.* tos attingunt vel corpus tantùm, vel tam corpus
ciren. l. 2. quàm bona, vel bona tantùm, lædunt & commi-
c. 7. *p.* 214. nuunt *p*. Quæ corpus lædunt, aut vitam adimunt;
226. *v.* aut aliâ aliquâ injuriâ enormi, licèt non læthali
Spec. Ju- afficiunt. Quæ vitã adimunt, generali homicidiiq
stic. l. 3. *c.*

des amerciaments Dyer. fo. 99. *nn.* 60. *et fol.* 165. *nu.* 60. l *an.* 2. *H.* 6. *c.* 9. m *an.* 8. *H.* 6. 2. 12. n *an.* 4. *Ed.* 3. *c.* 3. *an.* 5. *ejusd. c.* 2. *an.* 25. *ejusd. c* 15. *an.* 36. *ejusd. c.* 5. *ad.* 36. *ejusd. c.* 2. *et* 4. *et* 6. *an.* 5. *Ric.* 2. *c.* 8. o *an.* 14. *Ed.* 3. *c.* 10. p *Lamb. circnar: l.* 2. *c.* 7. *pa.* 221. q *v. Spec. Justic. l.* 1. *c. de homiciad. et l.* 3. *c. de Judgemant de homicid. Flet. l.* 1. *c.* 23.

nomine

nomine cõprehendentur: sed ex diversa interficientis intentione hoc diversas & appellationes & causas habet. Quod enim ex præcedenti malitia vel ferro, vel veneno, vel modo quocunque perpetratur, illud murdrum dicitur *r*, & cruce punitur. Accepimus hunc apud majores nostros fuisse usum, ut qui murdrum committeret, vivus ad palum per truncum corporis sublimè suspenderetur, nullo modo solvendus donec inediâ expiraret. Sed de hoc nihil lego: & si talis fuerit, jampridem mutatus videtur. Hodie enim ut reliqui felones laqueo suffocantur: & in hoc uno ab aliis differunt, quòd eorum corpora, juxta viam aliquam prætoriam loco facinoris admissi propinquam, in altum à prætereuntibus conspicienda sublevantur, nec removentur donec consumpta fuerint. Murdrum verò quot modis committitur, alii luculenter docent *s*.

§. 16. Sed est & murdrum, cùm aliquis sibi ipsi mortrem conscisc. Talis enim felo de se dicitur: quo in casu christianæ sepulturæ interdicitur, ac omnia bona & catalla regi per eleemosynarium suum in pios usus distribuenda forisfacit *t*. Aliqui tamen distinguendum putant, metu judicii, tædio vitæ, an vi morbi quis manus sibi inferat. Nam primo casu & feudum & catalla sicut alii felones: in secundo catalla tantùm: in tertio nihil prorsus amittit *u*. lib. 2. tit. 12. §. 4.

§. 17. Quod ex subito animi fervore & repentina iracundia committitur, simplex homicidium dici potest: & hoc quoque morte vindicatur:

r *v. Plow. fo.* 474.

v. Glanvil. l. 11. *c.* 3. *&* *Bract. l.* 3. *tract.* 2. *c.* 4. *nu.* 2. *v. Dyer. fo.* 69. *nu.* 28. *&* 29. *fo.* 128. *nu.* 60. *fo.* 286. *nu.* 3.

s *Stawnf. pla. cor. l.* 1. *c.* 10. *Lamb eiren. l.* 2. *c.* 7. *p.* 230. *& seqq. Cokus l.* 4. *inter casus appellorum fo.* 40 *b. nu.* 3. *in fine.*

t *Bract. l.* 3. *tract.* 1. *c.* 31. *Plowden casu dominè Hales fo.* 253. *a. Flet. l.* 1. *c.* 39. *quem lege.* u *Fleta. d. c.* 36. *in. prin.* x *Glanvil. l.* 14. *c.* 3.

catur: Illa tamen eſt apud nos, ſive humanæ imbecilitatis commiſeratio, ſive pia inſtigatio ad eruditionem, ut qui primò hujus criminis convincitur, perfectè diſtincteque legendo, ut clerici ſolent, morte liberetur, & terris boniſque forisfactis, tantùm ſtigmate in monte dexteri pollicis notetur, quo, ſi ſecundâ vice deliquerit, cognoſci poſſit, & ita ſine ulteriori favore ſupremam pœnam perſolvere *y*. Sed ſanguinolentia horum temporum eò prorupit nequitiæ, ut hoc jus aliquantulum exacerbarit. Nunc enim ſereniſſimi Jacobi noſtri conſtitutione ſancitum eſt, ut qui vulnus cuiquam, telum tum exertum non habenti, aut ſaltem priore percuſſione non provocanti, intra ſex menſes lethiferum inflixerit: ſine omni ſpe favoris clericalis in crucem tollatur, licèt præcedens malitia non appareat: niſi tamen ſe defendendo, caſu aliquo, vel neceſſarii pacis publicæ conſervatione vulnus hujuſmodi impoſitum ſit *z*. Hic autem legendi favor non iſti tantùm ſed omnibus aliis feloniis indulgetur, aliquibus ſpeciali aliquâ regni conſtitutione denegatur *a*. Reliquæ homicidii ſpecies feloniæ labe non notantur *b*.

y *an.* 18. *Eliz. c.* 7.

z *an. pri. Jac. ſeſſ. pri. c.* 8.

a *v. an.* 23. *H.* 8. *c.* 1. & *an.* 25. *ejuſd. c.* 3. & *an.* 26. *ejuſd. c.* 12.

b *Lamb. eiren. l.* 2. *c.* 7. *pag.* 248.

§. 18. Omne enim quod malitiâ vacat, eſt vel neceſſarium vel caſuale *c*: neceſſarium eſt quoque duplex: unum quod ſine præjudicio publicæ juſtitiæ declinari non poteſt, alterum quod non ſine morte innocentis. Prioris exemplum dari poteſt in occiſione latronis vel furis qui aliter prehendi non poteſt: poſterioris in ea cæde ad quam quis ſe defendendo cogitur. Illud omni ſupplicio liberum eſt *d*: hoc non utiq; ſimpliciter. Refert enim is qui interficitur, interfectorem in ædibus ſuis aut prope viam ordinariam animo occidendi ſpoliandive malitioſo adortus

c *weſt. Symbol. parte* 2. *tit. Indict-ments* §. 48. 49.

d *v. Staw. pla. cor. l.* 1. *c.* 5.

ortus fuerit, an repentino fervore concitatus eum renitentem pugnæ causâ eousq; prosequatur, donec ulteriùs fugere non possit. Altero enim casu impunè eum occidit *e*: altero bonorum amissione castigatur *f*, & præterea non nisi expressâ regis indulgentiâ (quæ tamen perfunctoriè conceditur) talionis pœnam evadit.

e *v. an.* 21. *Ed.* 1. & *an.* 1. *Mar. c.* 12. & *Stawnf. pla. cor. l.* 1. *c.* 6. & 7.

§. 19. Casuale item homicidium duplex est: unum quod à mero infortunio provenit, alterum quod culpam occidentis admissam habet. Illud nonnunquam ab actione aliqua licitè se in negotio aliquo licito gerentis, aliquando à bruto re-vè inanimatâ proficiscitur. Prioris generis est internecio casu rami de arbore, aut tegulæ de tecto per putatorem vel tegularium post proclamationem inflicta *g*. Cui etiam fortè addi potest quæ in lucta vel torneamento contingit, quia qui istis contendunt, vires suas amicè periclitari judicandi sunt: ideoque Henricus secundus iis ignoscendum constituit, quòd eo modo sciri posset quantum regis causâ, si offeretur occasio, præstituri essent *h*. Secundi generis interitum subeunt ii qui subitò submerguntur cadentes è navi, cymbâ, vel ponte, vel corporibus proteruntur plaustro, molendino, vel aliâ re simili obruuntur. Quo casu quid leges nostræ statuant supra est ostensum *i*.

f *v. statutum Gloc. an.* 6. *Ed.* 1. *c.* 9. g *v. west. symbol. parte* 2. *tit. Indictment.* §. 50. h *Speculū. Justic. l.* 1. *c. del office del coroner.*

§. 20. Homicidium quod culpam occidentis admissam habet, fit, cùm putator ramum de arbore, vel tegularius tegulam de tecto, nulla monitione præmissâ dejiciens, prætereuntem interimit *k*. Cujus generis exempla alii plura dederunt *l*.

i *Flet. l.* 1. *c.* 25. §. *de submersis.* k *v. Stawn. pla. cor. l.* 1. *c.* 8.

l *Fleta, l.* 1. 1. 31. §. *homicidium.*

§. 21. Felonias quæ corpus lædunt, sed vitam non adimunt, perpetrant ii qui malitiosè hominibus vel brutis linguas exscindunt, aut
m *an.* 26 subdito alicui oculos eruunt *m*, qui illud horren-
H. 8. *c.* 16. dum Sodomiæ crimen cum homine perpetrant:
an. 5. *Eliz.* (Pecorantes autem & Sodomitæ in terra vivi
c. 17. confodi solent *o*) qui mulierem sive viduam, sive
n *an.* 25. uxorem, sive virginem, terras, tenementa, bona
H. 8. *c.* 6. vel catalla habentem, vel antecessoris sui hære-
an. 5 *Eliz.* dem apparentem, contra voluntatem suam ab-
c. 17. ductam matrimonio sibi copulat, vel stupro pol-
o *Flet. l.* 1. luit vel etiam qui tale aliquid delinquenti sup-
c. 37. petias fert *p*. Qui præterea fœminam, decimum
p *an.* 3. *H.* ætatis suæ annum adhuc non prætervectam, sive
7. *c.* 2. invitam sive volentem comprimit *q*, qui deni-
Lamb. que fœminæ cujuscunque pudicitiam violenter
circn. l. c. 7. expugnat *r*. His etiam nunc addere licet eos;
pa. 251. qui priori uxore adhuc superstite, secundam du-
q *an.* 18. cunt *s*. Mistam naturam felonia illa videtur ha-
Eliz. c. 7. bere, quam is committit, qui ulcere pestilentio-
Lamb. ubi so infectus, ædibusque suis exire legitimè prohi-
supra. bitus, protervè erumpit, & aliorum commercio
r *an.* 12. se immiscere præsumit *t*.

H. 4. *c.* 13. §. 22. Feloniætam contra corpus quàm bo-
Stawf. na admissæ, sunt piratica, burglaria ædium aut
pla. cor. l. castrorum expilatio, ædificiorum combustio, ro-
1. *c.* 14. *v.* baria. Piratica autem, ut eam hic intelligimus,
Glanvil. l. non solùm est deprædatio marina, sed omnis fe-
14. *c.* 6. *v.* lonia super mare, aut infra magni Admiralii ju-
Specul. risdictionem perpetrata *u*. Burglaria est violenta
Fustic. l. 1. in domum vel privatam vel sacram, ut eccles-
c. Homsok. am, vel etiam in tentorium nocturna irruptio
& *Rape* cum intentione interficiendi, furandi, vel aliam
& *l.* 3 *c. de*

Rape. s an. pri. Faco. Ses. pri. c. 11. t *an.* 1. *Faco. Ses.* 1. *c.* 21. u *v. an.* 27, *H.* 8. *c.* 4. & *an.* 28. *ejus. c.* 15.

aliquam

aliquam feloniam ibidem perpetrandi *x*. Hæc quàm latè extendatur, alios consulite *y*.

§. 23. Crimen quod suprà ædium expilationem *z* diximus, latino verbo adhuc à jurisperitis nostris donatum non invenio: Anglicè (housesorobbing) appellant, id est, diurnam irruptionem in domum, vel tentorium alterius, & bonorum subductionem, dummodo aliquis in domo vel tentorio tum præsens fuerit *a*.

§. 24. Ædificiorum combustio non solùm ad horrea, quæ fruges habent in se reconditas, sed etiam ad congeries illas granorum quas (Mowes) vel (Staks) vel (Reekes) dicimus, extenditur, si ædibus propinquæ sint, & malitiosè incendantur *b*.

§. 25. Robaria est bonorum alicujus ab ipsius persona, vel ipso saltem præsente & invito, sublatio. Hæc autem aliquando violenta est & terrorem incutit, ut cùm quis per grassatores in itinere non sine metu mortis *c* spoliatur: aliquando secretò & clandestinò, ut cùm crumena 12 denarios in se continens, cuiquam hoc nescienti abscindatur, vel furto subducatur *d*. Robariam etiam aliqui volunt, si quis uxorem alicujus cum bonis ejus asportatis abduxerit *e*.

§. 26. Inter felonias quæ bona tantùm attingunt, primum locum meritò mihi videtur occupare crimen illud falsi in instrumento aliquo

x *Westm. Symbol. parte 2. tit. Endictments* §. 56. *v. Dyer fo. 99. nu.* 58.

y *Stawn f. pla. cor. l.* 1. *c.* 24. *Lamb. eirenar. l.* 2. *c.* 7. *p.* 254. *v. Fulbec. paral. c. Theft fo.* 104. *v Specul. Justic l.* 1. *c. Homesoke v. Cokum. l.* 4. *casibus de Apptales. fo.* 30. *a.*

z *Sect. proximo.*

a *an.* 5. *Edw.* 6. *c* 9. *an.* 39. *Eliz. c.* 15. *Lamb. eirenarch. ubi supra p.* 260. *v. Spec. Justic. l.* 1. *c. de homsoken & Flet. l.* 1. *c.* 37. b *Lamb. lib.* 2. *cap.* 7. *pag.* 269. 270. *v. Fulb. paral. c. Theft fo.* 103. *b. v. Specul. Justiciarior. l.* 1 *c. de ardours.* c *v. Dier. f.* 224. *n* 3. d *Lamb. ubi supra p.* 262. 263. 264. 265. 266. *v. Specul. Justic. l.* 3. *c Judgm. de homicid.* §. *sept. choses.* & *c. des articles en eyre.* e *Flet. l.* 1. *c.* 39. §. *Item crit.*

literario

literario contingendo denuò commissum. Hujus enim qui primo convictus iterum in eodem peccat, tale instrumentum vel malitiosè contexendo vel contexi procurando, aut scienter idem judicialiter allegando, ut inde quis in titulo suo ad terras vel bona lædatur, felonia reus constituitur *f*. Sed hæc vi statuti felonia est.

f an. 5. Eliz. c. 14. g Lamb. ubi supra pa. 262. West. Symbol. parte 2. tit. Indictments sect. 61.

§. 27. Felonia quæ jure communi talis dicitur, & bona tantùm spectat, latrocinium appellatur, vel potius laricinium, quod est fraudulenta bonorum mobilium vel personalium absente & invito domino, subductio *g*. Cui obnoxii sunt fervientes tam qui mortuorum herorum bona executoribus præripiunt, nec edicto publico vel (ut nostri) proclamatione revocantur *h*, quàm qui bona ultra valorem quadraginta solidorum custodiæ suæ ab heris commissa asportant, nisi saltem infra ætatem octodecim annorum fuerint *i*.

h an. 33. H. 6. c. 1. i an. 21. H. 8. c. 7. & an. 5. Eliz. c. 10. an. 27. H. 8. 8. c. 17.

§. 28. Sed laricinium est vel magnum vel paruum: Magnum est, cum bona sublata valorem duodecim denariorum excedunt: paruum, cùm ejus summæ quantitatem non attingant, ideoque hoc à nonnullis felonia minimè reputatur *k*. Illud capitale est, hoc flagro aut carcere castigatur.

an. 28. H. 8. c. 2. k Lamb. ubi supra pa. 267. v. Fulb. paral. c. Theft fo. 101. b. v. spec. Fuspic l. 3. c. Fudgment de homicid. §. sept.

§. 29. Quibus in rebus, & quotmodis laricinium committitur operæpretium est intelligere. Nomine ergo bonorum in quibus laricinium locum habet, veniunt pecunia munerata, vasa argentea, vestimenta, esculenta etiam nisi saltem qui esculenta rapit aut necessitatis causâ subduci-

eboses De Pœna dupli in casu laricinii & quadrupli in casu robariæ v. cum l. 3. c. de satisfaction de dett. Flet. l. 1. c. 38. §. est extra.

cit,

di, aut ob ipsam famem morti proximus sit *l*) suppellex, grana quæcunque fœnum, fructus a solo separati, equi cujuscunque vel sexus vel ætatis, boves, vaccæ, oves, agni, parci, porcelli, gallinæ, anates, pavones, meleagrides, aliæque bestiæ volucresque cicures. Aliquæ etiam quæ feræ naturæ sunt: utpote columbuli vel pipiones, qui adhuc volare nequeunt, columbario inclusi, accipitres nidis, pisces vivario aut instrumentis custodiæ causâ factis comprehensi *m*.

§. 30. Etiam non solùm qui damam capit, quem novit esse mansuefactum, feloniæ reus est, sed & qui damas cuniculos vivariis inclusos noctù, aut facie pictâ tectâve, armatus venatur, si deprehensus & examinatus hoc neget *n*. Denique qui lanam ovium dorsis detrahit, vel pelles, cadavere relicto, deglubit *o*. qui poma aut alios hujusmodi fructus collectos priùs, & ab arboribus separatos, quique arborem sive a seipso sive ab alio heri succisam hodie animo furndi asportat *p*.

§. 31. In re propria quis furtum committere potest: utpote si ego vasa argentea cuiquam accommodans, eadem illi fraudulenter subduxero *q*, vel etiam si rem meam quam quis furto subduxit, denuo per furem mihi oblatam, sine Judicis authoritate accepero *r*, & corruptus pecuniâ furem non persequar *s*.

§. 32. In proditione minori *t*, & felonia *u* præter principales sunt etiam aliquando alii, quos

l *Spec. Justic. l.* 3. *c. Judgment de homicid.* § *sept. choses & c. des articles en eyer.*
m *Lamb. ibidem pa.* 269. & 270. *v. Stawnf. pl. cor. l.* 1. *c.* 15. & 16.
n *an.* 1. *H.* 7. *c.* 7. *Lamb. ibidem p.* 271.
o *Lamb. eirenar. l.* 2. *c.* 7. *pa.* 279.
p *Lamb. eirenarch. l.* 2. *c.* 7. *pa.* 273.
q *Lamb. eir. l.* 2. *c.* 7. *p.* 280.

Stawnf. pla. coro. l. 1. *c.* 17. r *Flet. l.* 1. *c.* 27. § & *quod* § *Flet. ubi supra.* t *Stawnf. pla. cor. l.* 1. *c.* 4. *Lamb. eirenar. l.* 2. *c.* 7. *p.* 278 u *Idem l.* 1. *c.* 43. *v. Plowd. casu Saunders fo.* 475 *a. b.*

accessorios

x *Flet. ubi supra.* y *Idem. Stawnf. l.*1.*c.*45. z *Spec Justic.l.*1.*c. del.office del coroner facit novem species accessorum.* a *Stawnf. l.*1.*c.* 43. *pla co.v. Dyer. fo.* 108.*n.* 57. b *v.Dyer. fo.* 355. *nu.* 36. c *Stawnf. ibidem.l.* 1.*c.* 46. d *Fulb. paral c. Theſ fo.* 207. *b. Lamb. eirenar. pa.* 225.

accessorios voc secundaros x dicimus, feloniæ non minùs hoc nomine obnoxii quàm principales: idque non solùm jure communi sed etiam statutis regni y. Accessorius autem est dup'ex; unus ante factum, alius post factum. Accessorius ante factum est is qui alterum jubet aut exhortatur factum aliquod felonicum perpetrare, quod ille postea præstat: licèt qui præcipit, tempore delicti admissi præsens non fuit z. Et quæ ei circumstantiæ homines hoc casu principales vel tantùm accessorios faciunt, accuratâ subtilitate Justiciarii nostri disceptant a. Accessorius post factum est is, qui felonem sciens vel crassè ignorans b recipit, fovet, juvat, aut consolatur: vel etiam rem quam scit esse furtivam, custodiendam aut aliàs disponendam simul cum fur recipit d. Uxor autem quæ viri sui secretum hoc casu recipit, vel illi necessaria subministrat, officii & obsequii sui necessitate excusatur e. quod æquè verum est, si ejus mandato factum committat *. Sed & sunt accessoriorum accessorii, utpote qui felonic acc ssorium sciens recipit f.

§ 33. Pœna feloniæ sive in principalibus sive accessoriis est crux, bonorum publicatio, feudique, si quod habeant, amissio g. Hoc tamen inter eos differentiæ est, quòd accessorii, nisi prius convictis aut attinctis principalibus, puniri non possint h. Feudum autem dominus feudi ven-

e *Stawnf.l.* 1. *c.*46. * *Stawnf. pla. cor.l.* 1. *c.* 19. f *Idem ibidem De his omnibus vid. Lamb eirenarch. l.* 2.*c.*7.*p.*278. *& seqq.* g *v. Flet. l.*1.*c.*28.§ *est quod. v. an.*24. *H.* 8. *c.* 45. *Cokus l.*4. *casu Beverley fo.* 124. *a.* h *Stawnf. l.* 1. *c.* 43. *v. Plowd. maters de coron. fo.* 97. *& seqq. Spec. Justic. l.* 2 *c. des tresp as venials. &c. v. Dyer. fo.* 1:0. *nu.* 10.

dicat.

dicat. Qui tamen, si Rex non sis, expectare cogitur donec Rex annum diem & vastum de terris ceperit *i*. Felonum etiam, progenies inficitur, ita ut spe hæreditatis quæ ab antecessore per patrem illi descensura esset, prorsus excludatur *k*: nisi tamen aliquid contra communem formam specialiter de hoc vel illo crimine mitius statuatur *l*.

§. 34. Sed hæc quæ de pœnis majestatis atq; feloniæ dicta sunt, non sine distinctione procedunt, ideoque explicationem postulant. Duplex autem est via, reum de tali aliquo crimine sistendi: altera accusatio *m* (quam appellum dicimus) altera denuntiatio *n*, quam sectam Regis nuncupamus. Si accusator sit, qui criminis probationem in se suscipiat: Rei est electio, nisi crimen fateri malit, falsitatem accusationis vel duello, vel patriæ judicio, aut (si nobilis parlamentarius sit) parium suorum veredicto coarguere *o*. Sin denunciator, solum patriæ vel parium judicium ei relinquitur explorandum. Atque utrocunque horum modo convincitur, capite punitur.

§. 35. Verum contingit aliquando, ut quis per contumaciam neutri horum examini causam suam committere velit: sed vel mutus stet, vel non illud respondeat, quo judicium ad exitum perduci possit *p*: Quo casu, si accusatio instituta sit, morti statim adjudicatur: sin denunciatio, si de alta proditione appelletur, habetur statim pro confesso *q*: in aliis criminibus pœ-

i *Stawnf. l.c. 3. spec. Justic. l. 3. c. Judgment de homicid. § de mortiels. Flet. l. 1. c. 28. § & 3. seqq.*

k *Fulb. paral. c. Seignorye fo. 27. Spec. Justic. l. 1. c. Judgment de homicid. § de morties. Flet. l. 1. c. 28. § & forisfaciunt.*

l. *v. an. 1. Mar. sess. 2. c. 12. & an. 1. Jaco sess. 1. c. 11. & 12.*

m *v. Stawnf. pla. cor. l. 2. c. 52, 53, 54, 55, 56, 57, 58, 59. v. spec. Justic. l. 2. fere per totum.*

n *Stawnf. eodem d. l. c. 59.*

o *v. eundem l. 3. c. 1. & Flet. l. 1. c. 21. & c. 31. & 32.*

p *v. Dyer. fo. 341. nu. 49.*

q *Dyer. fo. 205. nu. 4.*

nam,

nam, quam fortem & duram dicimus, subit. Carceri enim unde ad tribunal eductus est, committitur, cujus in loco aliquo infero & tenebricoso constituitur: nudus super nuda terra pudendis tantùm tectis, brachiisque & pedibus fune in quatuor domunculæ angulos tractis, supinus extenditur. In hunc autem modum ligatus, tanto ferri saxive pondere pectori imposito oneratur, quantum sine contusione ferre potest. Die sequenti tria panis hordeacei frusta sine potu sumit: nudiùs tertiùs totidem aquæ hausus quantoscunque, dummodo non profluentis, quæ carceri proxima reperitur, sed sine pane: atque ita per vices pane & aquâ istiusmodi quotidie vescitur, donec oneris, frigoris, atque famis cruciatu extinguitur *r*.

r v. Flet. l. 1. *c.* 32. §. *ad quem Stazuns.*

§. 36. Mulier autem maleficii condemnata, si gravida sit, defertur executio judicii dati donec pepererit *s*.

pl. cor. l. 1. *c.* 60. *Dyer. fo.* 241. *nu.* 49.

§. 37. Est etiam misprisio feloniæ: utpote si quis aliquem feloniam perpetrasse cognoscat, eumque Regi, vel consiliario vel magistratui non patefaciat *t*. Hujus autem supplicium est hoc, ut carceri addicatur, donec fidejussores vel plegios

s Flet. l. 1. *c.* 38. §. *mulier autem.*

interposuerit de tali mulcta pecuniaria (quam nos finem dicimus) persolvenda, qualem Justiciarii coram quibus causa agitur, illi imponendam duxerint *u*. sed intelligendum est in omni proditione etiam proditionis, & in felonia feloniæ misprisionem contineri: idcoque Regem, si pro misericordia sua voluerit, posse eum solius misprisionis insimulare qui gravioris criminis reus est *x*.

t novi ter. juris verbo misprision. Cromptoni Justiciarius ad pacem fo. 93 b. u *Cromptonus ibidem.* x *Cromptonus ubi supra.*

§. 38.

§. 38 Proxima capitalibus videntur illa delicta quæ perpetuo exilio vindicantur. Siquidem & majestatis & feloniæ rei qui sanctuarium aliquod adepti, crimen suum coram Coronatore faterentur, regni abjuratione ultimum supplicium evitare solent *y*. Verùm hoc jus jam pridem mutatum est *z*: hodieq; pauca sunt crimina huic supplicio subjecta, & eorum aliqua quidem non tam atrocia. Ille siquidem qui Regis vel alterius damas interficit, neque plegios de mulcta persolvenda dare potest, regnum abjurare cogitur *a*. Quod quoque obtinet in eo qui fœminam hæredem è custodia abductam matrimonio sibi copulat, neque maritagium custodi compensare potest *b*. Et qui beneficium electivum à pontifice oblatum acceptat, aut hac de causa exulantem hospitio excipit *c*: qui denique papismo infectus Ecclesiam juxta constitutionis ad hoc editæ præscriptum frequentare recusat *d*.

§. 39. Gravi pœnâ constitutiones nostræ eos subditos afficiunt, qui in quocunque loco extraneo contra alium de re aliqua actionem instituunt, cujus cognitio ad Regis tribunal spectat, vel de qua judicium suum Justiciarii jam an ea protulerunt: aut etiam qui in quocunque alio foro placitum persequuntur, quo judicium in Curia Regia datum quoquo modo impediri retardarive possit. Hi enim vel in ipso possessionum controversarum, vel alio aliquo suarum possessionũ loco, per vicecomitem aut alium Regis servientem moniti, ut coram ipso Rege & Consiliariis suis, vel in Cancellaria sua, vel banco alterutro, vel denique coram Justiciariis ad hoc specialiter deputatis, infra duos menses ad respondendum

y v. Stawn. pla. cor. l. 2. c. 38. & 39. & nov. term. jur. verbo abjuration, & vetus compendiũ statutorum verbo abjuration. ubi hujus negotii formam accuratè depictam habes.

g v an. 21. H. 1. 2. an. 22. ejusd. c. 14. & an. 33. ejusd. c. 12. a charta de foresta. c. 10. Dyer. fo. 238. nu. 34. 35.

b an. 13. Ed. 1. c. 35.

tum. 13. Ri. 2. sta. 2. c. 2. d an. 35. Eliz. c. 1.

de

de tali contemptu suo personaliter compareant: nisi se litterint, ipsi, eorum procuratores attornati, executores, notarii & manutentores Regiæ protectione prorsus excluduntur, terras, bona, & catalla Regi forisfaciunt, corporibus etiam ubicunque apprehensi carceri mancipantur, donec fine ad libitum principis se redemerint *c*.

c an. 27. Ed. 3. stat. 1. c. 1. v. Brocum tit. præmunire. 10.

§. 40. Huic etiam judicio obnoxii sunt illi qui præsentationes vel translationes ad ecclesias, præbendas, & alia beneficia sanctæ ecclesiæ, vel Romæ vel alibi perquirunt, vel etiam processus aliquos circa præmissa, excommunicationes, bullas, instrumenta, aut aliud quodcunque hujusmodi persequuntur aut obtinent. Neque ipsi solùm, sed & eorum etiam procuratores, executores, notarii, manutentores, fautores & adjutores eodem crimine implicantur *f*. Etiam qui provisiones à pontifice procurant, quibus obedientiæ suæ vel regulari vel ordinariæ eximantur, vel officium aliquod in aliqua domo religiosa perpetuum, vel tantum quantum unus regularis vel duo vel plures habent, sibi impetrant *g*. Ut & Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates, qui summas usitatis majores cameræ papali pro beneficiis suis solvunt *h*. Rectores etiam, vicarii, vel alii qui infra archidiaconatum Richemundiæ nimis gravibus exactionibus subditos onerant *i*.

f an. 13. R. 2. stat. ut. 2. c. 2.

g an. 2. H. 4 c. 3.

h an. 6. H. 4. c. 1.

i an 26. H. 8 c. 15.

Sect. 41 Quibus quoque illos addere licet, qui potestatem aliquam aut jurisdictionem per Pontificem Romanum intra aliqua Regis dominia vendicatam, verbo, scripto, vel facto quocunque defendunt aut promovent, vel eam defendentibus promoventibusve aliquâ ratione assistunt, auxiliantur, vel solamen præbent *k*. Item qui bullas, scripta, aut instrumenta absolutionis, aut reconciliationis

k an 5. Eliz. c. 1. v. an. 28 H. 8 c. 10. & an. 1. Eliz. c. 1.

conciliationis à sede Romana vel aliquo authoritatem ejusdem exercente usurpantibus, aut tali colore aliquem absolventibus aut reconciliantibus, vel etiam talem absolutionem acceptantibus, auxilium, solamen, aut assistentiam aliquam præbuerunt Qui denique à Pontifice vel sede Romana vel ab aliquo authoritatem ejus venditante, agnos Dei, cruces, pictuas, tesseras precarias, grana vel aliquod hujusmodi superstitiosum secum apportant eaque cuiquam Regis subdito tradiderunt, obtulerunt, aut tradi offertive procurarunt, ad hunc finem ut eis induantur, aut quoque modo utantur: vel si quid ad talem finē aliquid tale receperunt, offerentemque non apprehenderunt, neque intra triduum ordinario vel alicui ad pacem Justiciario eundem prodiderunt, neque intra diem rem sic acceptam alicui Justiciario exhibuerunt *l*.

l *an.* 13. *Eliz. c.* 2.

§. 42. Qui etiam ad juramentum de Regis in rebus ecclesiasticis, & supra personas ecclesiasticas suprema potestate subeundum cogibiles, idem legitimè sibi oblatum præstare recusant *m*. Quique alicui Jesuitæ vel sacerdoti in aliquo seminario commoranti, vel alicui alii sacerdoti. diacono, personæ religiosæ vel ecclesiasticæ cuicunque pecuniam vel quid aliud dant, aut ad sui vel alicujus collegii vel seminarii transmarini sustentationem directè indirectève subministrant *n*.

m *an.* 1. *Eliz. c.* 1. & *an.* 5. *ejusd. c.* 1.

n *an.* 27. *Eliz. c.* 2.

§. 43. Denique qui pro usurariis, fœnoris, usuræ, venditionis aut contractus cujuscunq; nomine ultra decimam pro anno capientibus solicitatores, intercessores, aut proxeneræ sunt *o*. Hoc austerum supplicium aliqui Jurisperiti nostri lucri & ambitionis æstu vehementer accensi, verborum quæ in uno statuto *p* observant

o *an.* 13. *Eliz. c.* 8.

p *verbum* (*alibi*) *in statuto anni* 16. *Rich.* 2. *c.* 5

qu. *Cromp. Justiciarū ad pacem fo.* 52.

generalitatem ad quemuis leuem Judicum lapsum, præsertim ecclesiasticorum, nimis violenter extendunt *q*. Sed hîc eorum candorem desideramus, aliquorum etiam insciticiam lugemus, quam quidem vir doctissimus, non ita pridem acutissimè perculit & refutavit *r*.

r *Cosinus in apologiæ suæ parte.* 3. *c.* 7 *p.* 85.

§. 44. Crimina etiam quæ regiæ pacis protectionisque amissione puniuntur, non leuem offensionem habere credenda sunt. Ea autem incurrunt illi, qui super actione personali vel indictamento in jus vocati, post quintam in pleno comitatu exactionem legitimè factam non comparent *s*. Exleges enim pronunciantur: Et, si causa civilis sit, bona & catalla omnia, cum fructibus terrarum naturaliter crescentibus*; si criminalis, terras præterea & tenementa penitus fisco foris faciunt, legumq; omnium subditique beneficio statim excluduntur: ita ut apud majores nostros à quolibet impunè interfici possent *t*. Sed hoc jure mitato *x*, causa ad redemptionem pecuniariam transfertur. In hanc quoq; poenam incidunt illi, qui navigantium notas speculas destruunt, quo minùs in alto oberrantes ad portum dirigi possunt, si centum libras non valeant, unde hoc delictum pecuniis luant *y*.

s *v. an.* 31. *Eliz. c.* 3. & *an.* 13. *Ed.* 1. *c.* 35

* *Brocus forfeitures.* 30.

t *term jur. verbo utlary.*

u *Bra. l.* 3. *tra.* 2. *c.* 11.

x *v. an.* 5. *El. c.* 1.

y *an.* 8. *Eliz.* 13.

§. 45. Perjurii labes in aliqua Regis curia per Juratores contracta majoribus nostris admodum odiosa fuit: quippe qui hujusmodi pejerantium prata sulco subigenda, domos diruendas, silvas radicitùs extirpandas, omnesque alias terras Regi forisfaciendas sanxerunt *x*. Præterea etiam (juxta aliquos) qui hujus perjurii convincebantur, carceri mandabantur, & perpetuò infames fiebant: ita ut lege liberâ deinceps gaudere non possent, nec testimonii fidem promereri *a*.

z *novi ter. jur. verbo Attaynt.*

a *Flet.*

§. 46. Qui aliter in Curia Regis vel alia aliqua

qui laica pejerant, viginti libris mulctantur, sex mensium incarcerationem sine omni relaxatione patiuntur, & ad sacramentum in curia quacunque de Recordo subeundum inhabiles perpetuò reddumtur. Si qui etiam alium in aliqua præmissarum Curia ad pejerandum procurant aut subornant, quadraginta libris puniuntur, & si tantum in bonis non habeant carceri sine spe libertatis ad sex menses, pyloriæ in eodem aut aliquo foro propinquo, idque in aperto merketo, ad unam horam adjudicantur: & præterea à testimonio in aliqua Curia de Recordo perhibendo in perpetuum excluduntur *b*, sed & pœnâ extraordinariâ perjurium non rarò castigatur per honorificum illum magnatum in stellata camera confessum *c*.

b *an.* 5. *Eliz. c.* 9.

cv. *Dyer. f.* 242. *n.* 53.

§. 47. Proximum his locum illa delicta vendicare videntur, quæ corporis mutilatione coërcentur: utpote qui infra aulæ Regiæ præcinctus percutiunt, manus *d*, qui in ecclesia vel cœmiterio telo aliquo quod nostrâ linguâ (weapon) appellari potest, malitiosè feriunt, vel weponam ad hunc finem exerunt, auriculæ abscissione plectuntur *e*: Et si quis talis sit qui auriculis caret, stigmate maxillæ suæ inusto notatur. Sed membri amissio cum alio supplicio nonnunquam conjungitur. Illi enim qui in navigium aliquod arietes vivos, oves, aut agnos in partes exteras e aliquo Regis dominio trajiciendos inducunt, mittunt, aut recipiunt vel aliquid tale fieri procurant, bonorum confiscatione & sinistræ manus amputatione pro primo vindicantur *f*. Aliquando etiam ob facultatum ad mulctam pecuniariam persolvendam defectum hæc pœna infligitur, utpote lanii, pistores, potifices, pullarii, coqui, fructuarii, & cupedinarii cujuscunque gene-

d *an.* 33. *H.* 8. *c.* 12.

e *an.* 5 *Ed.* 6. *c.* 4.

f *an.* 8. *Eliz. c.* 3.

ris, qui annonam suam, nisi pro certo pretio inter eos pacto, non vendere invicem tertiò conspirant, aut sacramento promissove se obligant, nec habentes unde quadraginta libras luant, alteram amittunt auriculam, & præterea juris infamiam incurrunt. Cui etiam supplicio subjiciuntur mechanici & operarii, qui inter se paciscuntur artificium suum operamve se nisi pro mercede inter eos conventa non præstituros, vel non laboraturos, nisi statis temporibus, vel non ultra modum præscriptum quotidie progressuros, vel opus ab uno inchoatum non absoluturos *g*.

g an. 2. Ed. 6 c. 15.

§. 48. Licet qui de magnatibus falsò rumores ad eorum damnum dicto vel scripto in vulgus spargunt, aliquo intuitu inter eos qui privatim delinquunt, rectè numerentur, quòd tamen carceri condemnari possint, donec authores quos rumoribus suis prærendunt invenerunt, publicam etiam vindictam non videntur evadere *b*. Verùm malitia eorum qui tale aliquid in principem parant ad judicia publica sine dubio pertinet.

h v. supra l. 3 tit. de injur. §. 4. & statuta ibi citata.

§. 49. Hujus quoque farinæ sunt illi falsarii qui primâ vice malicioſe fingunt, fingive procurant instrumentum aliquod literarium, ut si liberum tenementum, hæreditasve alicujus, aut jus quod ad feudum, liberum tenementum aut tenementum per copiam rotulorum curiæ habeo, intervertatur vel in dubium vocetur: aut tale aliquod instrumentum ad talem finem in judicio scientes ostendunt vel allegant. Hi enim ultra duplum damnorum & expensarum parti læsæ primò persolvendum, pyloriæ in foro vel alio loco publico adjudicantur, utrâque auriculâ privantur, nares etiam fissas, & (ut ad perpetuam falsitatis infamiam fissæ permaneant) ferro candenti adustas habent. Regi præterea terrarum

suarum

ſtarum uſumfructum ad vitas ſuas foris faciunt, ipſique carceri perpetuó condemnantur. Qui autem tale aliquid condunt, condi procurant, vel etiam in judicio allegant, ut jus alicujus, quod ad terras pro certo termino annorum, vel ad annuum reditum qualemcunque habet, in quæſtionem vocetur, quive ſcriptum obligatorium, apocham vel relaxationem qualemcunque, vel aliud hujuſmodi ſcriptum perſonale malitioſe componunt, parti læſæ duplum damnorum & expenſarum primò perſolvunt, pyloriæ addicuntur, alteram auriculam amittunt, & unius anni incarceratione, omni ſpe remiſſionis ſublatâ, patiuntur *i*. Horum affines ſunt illi, qui fictis literis homines ſuis pecuniis emungunt, quorum pœna eſt arbitraria *k*: ut & multorum aliorum extra ordinem delinquentium, quos apud authores noſtri juris diverſos invenire licet *l*.

§. 50. Neque hic prætereundi ſunt illi contra pacem domini Regis initi conventus, quos latini turbas aut tumultus, nos triplici ſed barbarâ, rowtarum, riocarum, illicitarumve congregationum appellatione diſtinguimus. Harum tamen definitiones & differentias aliunde delibandas vobis brevitatis cauſâ commendamus *m*.

§. 51. Corruptelæ quoque ſubvicecomitum aliorumque officialium quas extortiones noſtri dicunt, aptum hîc locum habent, Extortio autem definitur eſſe illicita quævis pecuniarum emunctio vel expilatio ſuâ colore officii ſui quis utitur. Hæc multâ varietate juxto delicti qualitatem caſtigatur *n*.

§. 52. Patrocinia etiam illa, quæ ad juſtitiæ impedimentum alii aliis ſæpe præbent, inter publica crimina recenſentur, Nam manutentores

i *an.* 5. *Eli. c.* 14. *v. Dyer. fo.* 288. *nu.* 52. & *fo.* 322. *nu.* 26.
k *an.* 33. *H.* 8. *c.* 1.
l *v. Dyer. fo.* 188. *an.* 10.
m *Lamb. eirenarch. l.* 2. *c.* 5. *p.* 179. & *ſeqq. Crompt. Juſtic. fo.* 53. & *ſeqq. v. quoque an.* 8. *H.* 6. *c.* 2.
n *Lamb. eirenarch. l.* 2. *c.* 4. *p.* 414. & *Compt. Juſtic. fo.* 48. & *ſeqq.*

o *à gallice. Barateur.*

p *compositum a cambio & pars. vel a. gallico champart. v. Firzh. nat. br. fo.* 171. 172. *&c. ut in judice libri.*

q *a gallico embracer. v. Fitz. nat br. fo.* 171. *A. B. C.*

r *Lamb. ubi supra p.* 424. *& Crompt. fo.* 82, *&* 155.

barectatores *o* qui litium querelarumque communium fautores sunt, & cambipartores *p*, qui alienas controversias suis expensis, quorum pacti rei evictæ, prosequuntur, & alii quicunque causarum personarumve illiciti defensores (seu embracitores *q*) suas pœnas sibi constitutas habent.

§. 53. Huic catervæ colophonis loco addi possunt *s* adulteri, qui tamen maxima pro parte pœnitentiâ canonicâ purgantur; fœnetatores, licèt & hi, si ultra decimam pro anno corrodant, pœnis quoque ecclesiasticis subjiciantur *t*: monopôlæ isti quos ingrossatores, forstallatores, & regrataratores appellamus *u*. Possent etiam multi alii, quorum aliqui carcere, aliqui pyloriâ, aliqui flagello, aliqui pluribus horum suppliciorum simul conjunctis vindicantur, adjungi: Sed tantus acervus huc congestus nec simplicitati elementorum, nec institutionum brevitati rectè conveniret. Prolixioribus itaq; cujusquam digestis eorum delicta relinquenda sunt. Hi nostri labores, Deus opt. max. pro summa sua clementia faxit, ut vobis legum candidatis, quorum emolumento ocia hæc subcisiva destinauimus, utiles esse possint.

v. Fleta m. l. 2. c. 36. Sect. Item constitutum. Dyer. f. 95. nu. 39. & fo. 52. nu. 6. & an. 32. H 8. c. 9. s v. an. 32. H. 8. c. 10. an. 18. Eli. c. 3 a. 27 ejusdem c. 11. Dyer. fo. 106. n. 228 & seqq. t v. an. 32. H. 8. c. 10 an. 18. Eliz. c. 3. a. 27. ejusd. c. 11. Dyer. fo. 106. nu. 22. & seqq. u an. 13 Eliz. c. 8. u au. 5. Ed. 6. c. 14. & 15. & an 4. & 5. ejus. c. 21. Lambæiren. l. 2. c. 4. pa. 432. Cromp Just. fo. 69.

Finis libri quarti.

INDEX TITULORUM ORDINE alphabetico digestus.

A.

Actionibus. pag. 193
Ademptione legatorum vel translatione. 129
Adoptionibus. 25
Adquisitione per adrogatione. 144
Assignatione libertorum. 143
Attiliano tutore & eo qui ex lege Julia & Titia datur. 36
Auctoritate tutorum vel curatorum. 38

B.

Bonorum possessionibus. 143

C.

Capitis deminutione. 31
Codicillis. 134
Curatoribus. 41

D.

Divisione stipulationum. 151
Donationibus. 92
Duobus reis stipulandi & promittendi. 150

E.

Emptione & venditione. 161
Eo cui libertatis causâ bona addicuntur. 144
Exceptionibus. 211
Excusationibus tutorum vel curatorum. 43
Exhæredatione liberorũ 111

F.

Fidei commissariis hæreditatibus & ad senatus. Trebell. 133
Fidejussoribus. 155
Fiduciaria tutela. 36

G.

Gradibus cognatorum. 141

H.

Hæredibus instituendis. 112

Hæreditatibus quæ ab intestato deferuntur. 135
Hæredum qualitate & differentia. 115
His qui sui vel alieni juris sunt. 13

I.

Iis per quos agere possumus. 204
Ingenuis. 10
Injuriis. 190
Inofficiosa testamento. 117
Interdictis. 214
Inutilibus stipulationibus. 151
Jure naturali, gentium, & civili. 2
Jure personarum. 6
Justitia & Jure. 1

L.

Legatis. 119
Lege Aquilia. 188
Lege Falcidia. 130
Lege Fusia Caninia tollenda. 13
Legitima adgnatorum successione. 138
Legitima adgnatorum tutela. 28
Legitima parentum tutela. 35
Legitima patronorum tutela. 32
Libertinis. 11
Literarum obligationibus. 156
Locatione & conductione. 164

M.

Mandato. 179
Militari testamento. 107

N.

Noxalibus actionibus. 202
Nuptiis. 17

O.

Obligationibus. 145
Obligationibus ex consensu. 160
Obligationibus quæ ex quasi contractu nascuntur. 191
Obligationibus quæ ex delicto nascuntur. 185
Obligationibus quæ ex quasi delicto nascuntur. 180
Officio Judicis. 218

P.

Patria potestate. 14
Perpetuis & temporalibus actionibus quæ ad hæredes et in hæredes transeunt. 210
Per quas personas nobis acquiritur. 182
Per quas personas nobis obligatio acquiritur. 102
Pœna temerè litigantiũ. 215
Publicis judiciis. 223
Pupillari substitutione. 216

Q.

Quibus alienare licet vel non licet. 100
Quibus ex causis manumittere non licet. 13
Quibus modis jus patriæ potestatis

testatis soluitur. 25
Quibus modis re contrahitur obligatio. 146
Quibus modis testamenta infirmantur, 116
Quibus modis tollitur obligatio. 182
Quibus modis tutela finitur. 40
Quibus non est permissum facere testamentum. 107
Qui testamento tutores dari possunt. 28
Quod cum eo qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicitur. 200

R.

Rebus corporalibus & incorporalibus. 60
Replicationibus. 213
Rerum divisione & adquirendo earum dominio. 46

S.

Satisdatione tutorum vel Curatorum. 43
Satisdationibus. 205
Senatisconsulto Orphitiano. 140
Senatusconsulto Tertulliano, ibid.
Servili cognatione. 142
Servitutibus prædiorum. 70
Singulis rebus per fidei commissum relictis. 133
Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. 202
Societate. 172
Stipulatione servorum 150
Successione cognatorum. 141
Successione libertorum. 142
Successionibus sublatis quæ fiebant per bonorum venditiones ex senatusconsulto Claudiano. 145
Suspectis tutoribus vel Curatoribus. 44

T.

Testamentis ordinandis. 103
Tutelis. 27

V.

Verborum obligationibus, 148
Vi bonorum raptorum, 186
Usucapionibus & longi temporis præscriptionibus. 17
Usu & habitatione. ibid.
Usu fructu. 84
Vulgari substitutione. 114

OBSCU-

OBSCVRARVM JURIS ANGLICANI DICTIONUM quæ in hiſce Inſtitutionibus occurrunt *Index expoſitorius.*

A.

Acceſſorius quis ſit. vide lib. 4. tit. 18. *Sec.* 32.

Acquietantia eſt idem quod Apocha.

Acra terræ, eſt quantitas terræ ſexdecim perticas in longitudine continens, & totidem in latitudine, provenire videtur à Germanico (Acker id eſt, ager.

Actio ſuper caſu eſt actio in factum l. 3. tit. 15. *Sec.* 1.

Advocatio in groſſo. vid. Groſſus.

Annuitas eſt annuus reditus vel in perpetuum vel ad tempus conceſſus, cujus ſolutione liberum tenementum non oneratur.

Annus dies & vaſtum pars eſt prærogativæ regiæ, quâ proficua terrarum & tenementorum ad eos ſpectantium qui feloniæ aut proditionis minoris condemnantur, contra dominum feudi ad annum & diem vendicat, & præterea vaſtationem tam terrarũ quàm tenementorum hujuſmodi, niſi dominus feudi eadem competenti precio redemerit.

Antiqui dominici ſervitium quod ſit. v. lib. 2. tit. 3. *Sec.* 26.

Appellum qnid ſit. vide lib. 4. tit. 18. *Sec.* 34.

Apprenticius provenit à gallico (Apprentif) id eſt, eo qui aliquid ab alio diſcit. v. lib. 1. tit. 3. *Sec.* 10.

Aſſemblata illicita, eſt trium aut plurium in unum locũ conventus

conventus ad illicitum aliquod violenter perpetrandum.

Aſſiſa eſt idem quod actio poſſeſſoria. vid. lib. 2. tit. 6. *Sec.* 13. & lib. 4. tit. 6. *Sec.* 11.

Aſſiſa magna. vide grandis aſſiſa.

Aſſumptio idem videtur apud nos quod conſtitutum in jure Romano. v. lib. 4. tit. 6. *Sec.* 2.

Attachiare eſt apprehendere. à Gallico attacher.)

Attincta eſt ſubſtantivum factum è verbo Gallico (Atteindre) id eſt, aſſequi vel attingere, & metaphoricè apud Juriſconſultos noſtros infectionem quandam aut manifeſtum reatum criminis ſignificat.

Atturnatus idem ſignificat quod procurator. vid. lib. 4. tit. 10. *Sec.* 1.

Averia ſunt animalia bruta quæ quis habet: fortè à gallico (Avoir) id eſt, habere.

B.

Balliare à gallico (bailler) id eſt, attribuere, tradere, apud nos ſignificant captivũ ſatisdato redimere, ſic udie aſſignato poſtea exhibeatur.

Bancus communis eſt tribunal ſummum omnium poſt parlamentum, in quo cauſæ civiles proprie ſubditorum audiuntur: hujus præcipuus Judex Juſticiarius capitalis communium placitorum appellatur. lib. 1. tit. 2. *Sec.* 2. vide lib. 4. tit. 11. *Sec.* 3.

Bancus Regius eſt tribunal ſummum omniũ poſt parlamentum, in quo cauſæ capitales aliæque criminales præcipuè tractantur: cujus primus Judex Juſticiarius capitalis Angliæ dicitur. l. 1. tit. 2. *Sec.* 2. v. lib. 4. tit. 11. *Sec.* 2.

Barectatores qui. vide l. 4. tit. 8. *Sec.* 52.

Baro habet plures ſignificationes, quas alibi fuſius tractabimus. Hîc pro eo accipitur, qui infimum gradum majoris nobilitatis obtinet, & in ſuperiori parlamenti domo jus ſuffragii habet. vide lib. 2. tit. 2. *Sec.* 11.

Barones de ſcaccario ſunt judices fiſcales quorum præcipuus capitalis baro ſcaccarii

ſcaccarii appellatur etiam (my Lord) noſtrâ linguâ, id eſt, meus dominus ſalutatur, ſicut ii qui ſunt de majori nobilitate. Hunc tamen titulum honorificum non diutiùs retinet, quàm in officio ſuo permanet, ut neque Cancellarius, neque Juſticiarius capitalis vel Angliæ vel communium placitorum. vid. lib. 4. tit. 17. *Sec.* 1.

Baſtardus deducitur è Gallico (Baſtard) & ſpurium ſignificat. lib. 1. tit. 9 *Sec.* 7. lib. 3. tit. 1. *Sec.* 11.

Battaria quid ſit. v. lib. 4. tit. 16. *Sec.* 3.

Breve eſt citatio vel decretum cauſam breviter continens, ob quam quis in jus vocatur, aut aliquid aliud facere jubetur. vid. lib. 4. tit. 6. in principio.

Breve de curia claudenda eſt actio, ſeu potius citatio in actione, quâ quis alium in jus vocat quod ſepimentum curiæ ſuæ, id eſt fundi vel areæ quam ſeptam tenere debet, malè reparat.

Breve de ingreſſu quid ſit. v. lib. 2. tit. 6. *Sec.* 13. & lib 4. tit 6. *Sec.* 12.

Breue de perambulatione faciendâ, eſt actio aut initium actionis inter diverſorum feudorum dominos qui limites ſuos confines diſtingui cupiunt.

Breve de recto idem eſt quod actio petitoria apud juris Romani authores. vide l. 2. tit. 6. *Sec.* 13. &. lib. 4. tit. 6. *Sec.* 10. vide Rectum.

Breve originale eſt quo quis primo citatur ad judicium, judiciale eſt quod Judices in reliquo proceſſu decernunt.

Burgagium eſt ſervitus quâ qui burga inhabitant pro tenementis ſuis præſtant. vid. lib. 2. tit. 3. *Sec.* 27. v. Burgum.

Burglaria quid ſit. vid. lib. 4. tit. 18. *Sec.* 22.

Burgum eſt opidum omne civitate inferius, quod per chartam Regis ſit corpus politicum, & juriſdictionem talem qualem infra ſuos limites exercet. lib. 2. tit. 3. *Sec.* 27.

C

Cambipartita à gallico (champart)

(champart) id est, vectigal, apud Jurisconsultos specialiter significat defensionem alterius in judicio pro quota litis præstitam. v. lib. 4. tit. 18. *Sec.* 52.

Cancellaria est summum Angliæ tribunal, si universalem illum ordinum conventum exceperimus quem Parlamentum dicimus: in quo Cancellarius singulis qui rigore juris communis se læsos queruntur, ex regula æquitatis subvenit.

Campiones qui. lib. 4. tit. 17. *Sec.* 2.

Cancellarii potestas quæ. v. lib. 4. tit. 6. *Sec.* 19.

in Capite tenere quid sit. v. l. 2. tit. 2. *Sec.* 4.

Carucæ sunt paluſtra.

Castlegardum quid sit. vid. l. 2. tit 3. *Sec.* 4.

Catallum significat omne bonum mobile seu immobile quod neque liberum tenementum neq; feudum est. Catallum personale quid sit. vide lib. 1. tit. 10. *Sec.* 18.

Catallum reale quid sit. v. l. 2. tit. 2. *Sec.* 20.

Clameum continuum est quædam continua, id est, annalis, feudi simplicis aut ralliati, de quo quis dissaisitus est, & cujus possessionem recuperare ob metum potentis adversarii non audet, vendicatio quasi dicis causâ facta, ut sic tandem metu amoto, hæredem disseisitoris æquè possit suâ authoritatem à possessione removere, ac si recenter spoliatus fuisset.

Cognitio placiti est potestas audiendi & terminandi controversias in sua curia, quæ in rege solo consistit, nisi per chartam suam hoc alii concedat.

Comes est nobilis parlamentarius nomen suum originaliter à præfectura comitatus sumens, sed nunc nudum nomen honoris causâ retinens. vid. lib. 2. tit. 2. *Sec.* 11.

comitatus est locus publicus in quo vicecomes uniuscujusq; provinciæ (quas nos Comitatus etiam dicimus) jurisdictionem suam exercet. Hoc autem nomen inde sumpsit originem, quòd apud majores nostros nobiles illi quos comites dicimus, istis provinciis à rege præficiebantur, & juris dictionem

ctione m in eaſdem exercebant.

Cone & Keye ut legitur in libro Bractoni excuſo, ſed melius in nonnullis manuſcriptis, Kover & Key ad verbum ſignificat operculum & clavem: metonymice autem illas res quæ ſub operculo aut clavi à prudentioribus matribus-fam. cuſtodiri ſolent. lib. 1. tit. 15. *Sec.* 4.

Conſideratio eſt illud *συναλλαγμα* quod contractibus vires dat. vid. lib. 3. tit. 16. *Sec.* 4.

Conſpiratio quid ſit. v. l. 4. tit. 16. *Sec.* 5.

Conſpirator quis ſit. v. l. 4. tit. 4. *Sec.* 2.

Continum clameum v. Clameum.

Copia rotulorum curiæ eſt exemplum, aut antigraphon actorum quæ in curia Baronis expediuntur: quorum hoc unum eſt in pleriſque, ſi non præcipuum: ſc. venit talis tali die & ad petitionem ſuam admiſſus eſt ad talem terram, &c. Qui autem ſic teſtet, hujus acti ſolum exemplum tituli loco habet.

Coronator eſt officialis ſeu miniſter coronæ inquiſitioni murdri aliiſque hujuſmodi coronam Regis ſpectantibus præcipue accommodatus.

Curia claudenda. vid. Breve.

Curia Baronis, eſt locus pedaneus in quo dominus feudi intra limites feudi ſui juriſdictionem in tenentes ſuos exercet. Baro enim hac in ſignificatione à domino feudi nihil differt.

Curia pedis pulverizati eſt locus juriſdictionis, quæ in publicis nundinis exercetur, ideo ſic appellata, quia de plano & ſummariè ſingulas controverſias dirimit, in etymologiam habens duas illas dictiones Gallicas, piez. pouldrez, id eſt, pedes pulvere inquinatos, quia fortè hæ lites ſine omni præparatione aut ſolennitate terminantur. l. 1. tit. 2. *Sec.* 2.

Cuſtodia quid ſit. v. lib. 1. tit. 13. in princ. & l. 2. tit. 3. *Sec.* 16.

D.

Deodandum quid ſit. vide lib. 4.

lib. 4. tit. 8. §. 1. in fine.

Dirationare nihil aliud ſignificat quam probare. Hæc autem dictio prolixiorem requirit explicationem, quæ alibi, deo volente, fiet.

Diſtringere quid ſit. v. l. 2. tit. 3. *Sec.* 17.

Diſparagatio eſt copulatio maſculi in matrimonio cum fœmina diſparis conditionis ut è contra. vide lib. 1. tit. 10. *Sec.* 4. & *Sec.* 6.

Dominicum eſt tota illa terra intra menerium quod dominus feudi aut in manibus ſuis retinet, aut ſaltem ad annos aut voluntatem ſuam juxta conſuetudinem manerii aliis locat.

Dominicum antiquum continet omnes illas terras quæ ad regem ſpectabant tempore Edovardi confeſſoris. vid. lib 2. tit. 3. *Sec.* 25.

Dos eſt illud apud nos quod Galli doërium appellant, id eſt, quod maritus uxori ſuæ ad vitam de terris & tenementis ſuis relinquit. vide lib. 1 tit. 10 *Sec.* 19. & lib. 2. tit. 2. *Sec.* 18.

Duodecim homines qui ſunt. vide lib. 4. tit. 17. *Sec.* 3.

E

Elegit eſt nomen brevis ſic dictum ab hoc verbo (elegit) in eodem comprehenſo. Ejus effectum eſt ut qui debitum aut damnum ab alio judicialiter recuperavit, mittatur in poſſeſſionem medietatis terrarum & catallorum debitoris, jumentis quæ ad aratrum neceſſaria ſunt exceptis, donec ſ valorem debiti aut damni indi collegerit. vid. lib. 2. tit. 4. *Sec.* 1.

Embraciatores qui ſunt. vid. l. 4. tit. 18. *Sec.* 52.

Eſcaeta eſt terra &c. quæ Regi vel alii domino feudi ob delictum feudatarii. ut lib. 3. tit. 2. *Sec.* 6. vel defectum hæredum contingit ut l. 3. tit. 5. *Sec.* 1. & tit. 8.

Eſcaetores ſunt officiales eſcaetis exquirendis accommodati.

Eſcambium

Eſcambium ſignificat permutationem. vid. l. 3. tit. 24. *Sec.* 2.

Eſcapium voluntarium quid ſit. vid. lib. 4. tit. 18. *Sec.* 14.

Eſtoverium à Gallico (eſtower) id eſt, fovere. ſignificat apud nos quandoque nutrimentum corporis, quandoque poteſtatem capiendi ex aliena ſylva lignum foco, aratris, & ſepibus reparandis neceſſarium. vide lib. 2. tit. 2. in princ.

Exigenda eſt conditio ejus qui quinquies in comitatu aperto exactus aut vocatus ad comparendum, non venit, ideoque exlex propter contumaciam proclamari poteſt.

Exitus pluraliter uſurpatur & reditus annuos vel alia terrarum commoda ſignificat l. 1. tit. 23. §. 1. 2. idem etiam quod ſoboles apud latinos.

Expletia continent omnimodos fructus quos terra aliqua educit, verbum forte fingitur à latino (expleo.)

Extrahura ſit quid. vid. l. 2. tit. 1. *Sec.* 45.

Extortio quid ſit. v. lib. 5. tit. 18. *Sec.* 52.

F

Facere legem quid ſit v. lib. 3. tit. fin. *Sec.* fin & lib. 4. tit. 13. *Sec.* 4.

Factum ſæpe apud nos idem ſignificat quod inſtrumentum contractus in ſcriptis conceptum, aut in ſcripta redactum. v. li. 3. tit. 22. *Sec.* 10.

Felo de ſe quis ſit. v. li 2. tit. 12. *Sec.* 4. & lib. 4. tit. 18. *Sec.* 16.

Felonia eſt omne crimen capitale infra læſam majeſtatem.

Feoffamentum quid ſit. v. li. 2. tit. 7. *Sec.* 2.

Feoffare eſt feudo donare.

Feoffator eſt ille qui alium feudo donat ſeu inveſtit. Ille autem qui ſic inveſtitur appellatur feoffatus.

Feudifirma quæ ſit. v. li. 2. tit. 2. *Sec.* 16. lib. 2. tit. 4. *Sec.* 1. & lib. 3. tit. 25. *Sec.* 2.

Feudum accipitur dupliciter vel nimirum pro terris aut tenementis quæ quiſque feudatarius

feudatarius perpetuo jure à domino feudi tenet .l. 2. tit. 2 *Sec.* 3. vel pro circuitu integro, qui ad dominum feudi ſpectat & in diverſos feudatorios diſtribuitur.

Feudum militare eſt quod quis tenet per ſervitium militare. v. Servitium militare.

Feudum ſimplex quid ſit. v. li. 2. tit. 3. *Sec.* 12.

Feudum talliatum quid, ibidem.

Fidelitas quæ ſit & quotuplex v. l. 2. tit. 3. *Sec.* 14. & 15.

Finis plures habet ſignificationes, ſed hanc præcipuã, cùm pro judiciali illa tranſactione ſumatur, quâ quis ad majorem facti authoritatem coram Juſticiariis regiis terras vel tenementa ad alium transfert. li. 1. tit. 21. *Sec.* 5. li. 2. tit. 13. in princ. aliam ſignificationem habet, quâ mulctam pro delicto aliquo impoſitam innuit. vid. lib. 4. tit. 16. *Sec.* 37. de reliquis ibi.

Forisfamiliare eſt de familia ſua dimittere v. li. 1. tit. 12. *Sec.* 2.

Forma donationis in deſcenſu, eſt breve quoddam ſic appellatum, quo qui experitur, probare debet terras &c. quas petit ex forma quâ donator in inſtrumento donationis uſus eſt, ſibi jure deſcenſus aut hæreditatis competere.

Forſtallatores ſunt illi qui annonam verſus publicum emporium adductam in via intercipiunt, emuntq; priuſquam venditioni publicè exponatur. vid. lib. 4. tit. 18. *Sec.* ult.

Forteletum eſt locus fortitèr munitus.

Francus bancus ad verbum ſignificat liberam ſedem.

G.

Gardianus ducitur à gallico (Gardien) id eſt cuſtos. v. li. 1. tit. 13. *Sec.* 1.

Gaualkind eſt conſuetudo quâ hæreditas æqualiter inter filios dividitur. v. li. 2. tit. 2. *Sec.* 14. & lib. 3. tit. 6. *Sec.* 1.

Gleba peculiari ſignificatione apud nos accipitur pro

terris illis quæ pertinent ad beneficium eccleſiaſticum & parochiale.

Grandis aſſiſa eſt actio petitoria, ſic dicta quod cùm poſſeſſoria, quam parvam aſſiſam dicimus & ordinariam, duodecim hominum veredicto deci datur, iſta viginti quatuor judicium poſtulet: quorum etiam quatuor milites gladio cincti eſſe ſolent.

Groſſus idem ſignificat in lingua vulgari Anglorum quod craſſus apud Latinos. Sed apud Juriſconſultos idem quod integrum aliquod per ſe ſubſiſtens nec ab aliquo alio dependens, ut villanus in groſſo eſt ſervus qui glebæ non adſcribitur, ſed immediatè domini ſui perſonæ ſervit, etiam Advocatio in groſſo eſt jus patronatus non feudo vel manerio annexum, ſed primò ac principaliter ad eum ſpectans, qui beneficii patronus eſt, ut cùm quis manerium ſuum vendat retento ſibi jure patronatus, aut è contra jus præſentandi quod ad manerium ſuum ſpectat ſeparatim & per ſe cuiquam alienaverit; hoc caſu jus patronatus à manerio ſeparatum advocatio dicitur in groſſo, id eſt non manerio ſed proprietarij perſonæ annexum v. li. 2. tit. 2. in princ.

Guardia: v. Cuſtodia.

G.

Hæreditamentum eſt omne illud quod jure hæreditatis ab anteceſſore ad hæredem devoluitur.

Haſpa oſtii eſt quæ oſtium poſti annectit.

Heriottum quid ſit. v. l. 2. tit. 3. *Sec.* 31.

Homagium quid ſit v. lib. 2. tit. 3. *Sec.* 8. quotuplex ibi: *Sec.* 12.

Honor ſpeciali ſignificatione apud nos ſignificat feudum vel manerium aliquod nobilius quod regalibus Exornatur, & multa inferiora ſervitutem ſibi debentia habet v. lib. 2. tit. 2. *Sec.* 7. in fine.

Howſerobbing quid ſit. v. l. 4. tit. 18. *See.* 23.

Hundredum eſt centuria, in quarum plures ſinguli comitatus

mitatus apud nos diſtinguuntur. li. 4. tit. 5. *Sec.* 2.

Hutesium & clameum Anglicè (Hieu and cryè) devantur à duobus Gallicis (Huyer & crier ſignificant apud nos tumultuariam latronum aut furum qui poſt crimen commiſſum aufugiunt, perſecutionem ; donèc apprehendantur. v. lib. 2. tit. 3. *Sec.* 14.

I.

Imbreviare eſt in ſcriptum brevitèr redigere, vel ſcripto breviter mandare.

Indentura eſt ſyngrapha, vel ſcriptura conventionalis alii quæ idem continet quaſi parallela. Ideoque utraque pars in ſummitate vel latere aliquo ſimiliter ſcinditur in morem dentium, ut parès eſſe cognoſcantur, Indèque nomen ſumit lib. 2. tit. 22. *Sec.* 1. lib. 3. tit. 25. *Sec.* 11. 35.

Indictare eſt accuſare.

Infangthef ſignificat potèſtatem judicandi furem quemcunque infra manerium tuum compreheuſum. lib. 2. tit. 2. *Sec.* 7.

Ingroſſatores ſunt monopolæ qui ad annonam cariùs vendendam, quantam poſſunt in ſuas manus congerunt. lib. 4. tit. 18. *Sec.* ult.

Intalliatæ terræ ſunt apud nos quæ cuiquam & certis hæredibus non hæredibus ſuis in genere conceduntur à Gallico (tallier) id eſt ſcindere. vi. lib. 1. tit. 11.

Junctura quid ſit vid. lib. 3. tit. 23. *Sec.* 1. &. 2.

Jurata eſt numerus duodecim hominum juratorum, per quos omnis ferè facti probatio apud nos fit. v. duodecim homines, & Juratores.

Juratores ſunt illi duodecim homines, qui in quolibet ferè judicio ſive civili ſive criminali de facto priùs decernunt quàm Judex de jure pronunciat. vide lib. 4. tit. 17. *Sec.* 3.

Juſticiarii itinerantes ſunt

illi qui bis quotannis ſingulas provincias obequitant, & caſus emergentes tam civiles quam criminales dirimunt & dijudicant. vide lib. 4. tit. 17. *Sec.* 1.

L.

Laricinium ſeu latrocinium quid ſit, v. lib. 4. tit. 18. *Sec.* 27. quotuplex: ibidem, *Sec.* 28. v. etiam l. 4. tit. 1. *Sec.* 2.

Legem facere. vide Facere legem.

Legem vadiare. vide Vadiare legem.

Leſſa à gallico (laiſſer) id eſt, linquere, relinquere, omittere, apud nos ſignificat locationem terrarum vel tenementorum alicui factam.

Leta eſt quædam juriſdictio quam vicecomes de certis minoribus criminibus & aliis cauſis infra comitatum ut Regis officialis exercet. Sed & hanc juriſdictionem alii quoque habent intra limites ſui manerii, dummodo eam vel chartâ regis vel præſcriptione ad ſe pertinere oſtendant.

Libera & plura eleemoſyna quæ ſit. vid. l. 2. tit. 3. *Sec.* 24.

Libera firma quæ ſit. v. li. 2. tit 2. *Sec.* 17.

Liberum tenementum quod ſit. v. l. 2. tit. 2. *Sec.* 8. & *Sec.* 18.

Ligeantia eſt ſubmiſſio quâ homo ligeus domino ſuo præſtat: ea quæ ſit feudiſtæ omnes bene norunt.

Ligeum feudum quid ſit. v. lib. 2. tit. 2. *Sec.* 6.

Loquela idem eſt quod placitum aut cauſæ proſecutio judicialis.

M.

Magna charta eſt liber ſeu Codex conſtitutionum, quas Henricus tertius ad utilitatem ſubditorum ſuorum promulgabat, & hodie maximo in uſu eſt.

Mahemium eſt enormis læſio quâ quis ad ſerviendum principi in bello redditur imbe-

imbecillior. vid. l. 4. tit. 4. in princ.

Major civitatis aut burgi, eſt præcipuus ejus magiſtratus, & eſt plerumque annalis.

Manerium idem eſt quod unius feudi circuitus: Dictio derivata videtur à verbo gallico (manoir) id eſt manſione: quia dominus feudi intra cancellos feudi ſui plerumque manet, atque ædes habet, quæ capitalis manerii domus appellantur vid. lib. 2. tit. 2. *Sec.* 8.

Manus mortua eſt talis manus quæ feudum apprehenſum ſine omni metu amittendi, aut feoffatori ex quacunque cauſa reſtituendi tenet. Hujuſmodi manum habet corpus politicum, quod nunquam moritur. Singulares autem perſonæ ob defectum hæredum aliquando, aliquando ob delictum perpetratum patiuntur contrarium li. 2. tit. 8. *Sec.* 5. lib. 3 tit. 25. *Sec.* 6.

Maritagium eſt commodum illud, quod dominus feudi è nuptiis minoris de re per ſervitium militare tenentis, conficere poteſt v. l. 2. tit. 3. *Sec.* 20.

Manutentores ſunt illi, qui vel pecuniis ſuis vel aliâ ope litem alterius judicialem, in quâ ipſi juſtum intereſſe non habent, promovent aut fovent; verbum deducitur à gallico (maintenir) vel à duobus latinis (manu tenere) componitur.

Mercatus ſignificat publicum emporium. v. Merketum.

Meremium eſt lignum ſolidius, ædificandis ædibus idoneum. v. lib. 3. tit. 25. *Sec.* 25.

Merketum eſt publicum Emporium ut lib. 2. tit. 6. *Sec.* 2. lib. 2. tit. 1. *Sec.* 38. aliquando etiam jus ſeu libertas hujuſmodi Emporium tenendi. l. 2. tit. 2. *Sec.* 7

Meſſuagium eſt domus habitationi idonea.

Miſpriſio eſt quædam neglectio ſupina rei cujuſquâ à gallico (meſpriſer (vid. l. 4. tit. 18. *Sec.* 37.

Mortuum vadium. v. vadium mortuum.

Murdrum quid vid. lib. 4. tit. 18. *Sec.* 15.

N.

Nativus eſt qui naſcitur ſervus aut villanus lib. 1. tit. 3. *Sec.* 4.

O.

Outfangthef eſt poteſtas dijudicandi furem ob furtum extra limites manerii tui delinquentem, dummodo intra ejuſdem fines deprehendatur. li. 2. tit. 2. *Sec.* 7.

P.

Parcus eſt locus ad ferarum cuſtodiam palis aut aliter circumſeptus lib. 1. tit. 26. *Sec.* 1.

Parcus publicus eſt area in quolibet feudo ſeu manerio circumſeptus, in quod animalia damnum frugibus aut fructibus terræ quibuſcunque facientia includuntur, donec de damno per dominum ſatisfiat, aut ſaltem cautio apud vicecomitem per dominum interponatur de ſtando juri.

Paticipes qui ſunt v. lib. 2. tit. 2 *Sec.* 14. & lib. 3. tit. 25. *Sec.* 1.

Perquiſitum ſignificat poſſeſſiones pecuniis noſtris coemptas.

Piloria eſt collumbar, numellæ verſatiles, ſeu colliſtigium à gallico (pilorie.)

Plegius quis ſit. v. li. 3. tit. 21. in princ.

Pœna fortis & dura quæ, l. 4. tit. 18. *Sec.* 35.

Pol deede ad verbum eſt inſtrumentum in ſcriptis, aut factum (ut noſtri loquuntur) æqualiter undique reſecatum, minimèque indentatum. v. Indentura. v. lib. 3. tit. 25. *Sec.* 11.

Priſona careerem ſignificat a gallico (priſon.)

Probatores aliàs approbatores ſunt qui feloniam per ſe commiſſam eſſe confitentes, & alios ejuſdem reos arguunt. Sic dicti quia ad hoc probandum quod in appello allegârunt tenentur, idque vel duello vel per patriam', id eſt juratam legalium hominum, juxta reorum electionem.

Q.

Quarentena eſt quædam licentia conſuetudinaria, quâ vidua vendicat, in præcipua manſione mariti ſui ad ſpatium quadraginta dierum commorationem, niſi caſtellum ſit.

Quid pro quo idem eſt quod *συναλλαγμα* in contractibus.

R.

Rationabilibus diviſis, eſt nomen brevis quod dominus feudi, limites ſuos per propinquum aliquē coarctari proſpiciens, obtinet ad fines regundos.

Recognitio quid ſit. v. lib. 3. tit. 22. *Sec.* 4.

Recordator eſt recordorum cuſtos.

Recordum ſignificat actum curiæ ita authenticum ut probationem contrarii non admittat. Hoc autem talis curiæ actum eſſe debet, quæ curia de recordo appellatur: cujuſmodi ſunt regia illa tribunalia apud Weſtmonaſterium, & alia aliqua latiùs alibi exprimenda. lib. 2. tit. 8. *Sec.* 7.

Rectum apud noſtros Juriſconſultos cauſam proprietatis ſignificat, & breve de recto eſt vocatio alicujus in jus ſuper cauſa proprietatis.

Recuperatio eſt propriè evictio alicujus rei per judicium. Sed ſpecialiter ſignificat fictam quandam tranſactionem inter partes judicialiter factam, ad ſtatus intalliatos, reanentias, & reverſiones tollendas excogitatam.

Regratores ſunt qui annonam contra leges coëmunt ut eam cariùs vendant: à gallico (regratter.) id eſt interpolare, deſquamare. lib. 4. tit. 18. *Sec.* ult.

Relevium quid ſit. vide lib. 2. tit. 3. *Sec.* 17. & 19.

Remanentia terrarum eſt jus terrarum in aliquem collatum, poſt terminum conductionis aut alterius tituli ad annos aut vitam duraturi, finitum: videtur à reverſione differre, quia reverſio ſit ad dominum propriè aut ejus hæredes

unde jus primò derivatur, remanentia autem ad tertium aliquem, qui neque dominus neque tenens in præſenti eſt.

Replegiare, eſt cautione redimere aliquid captum.

Reſcuſſus eſt tumultuoſa & violentia ereptio arreſtati ſeu capti, è manibus ejus qui licitè eundem cepit aut arreſtavit. v. lib. 4. tit. 18. *Sec.* 14.

Returnum brevis eſt ejuſdem certificatorium curiæ unde emanavit factum.

Reverſio terrarum &c. ſi latè ſumatur eſt proxima ſucceſſio poſt obitum ejus qui præſenter poſſidet. li. 2. tit. 7. *Sec.* 18. l. 2. tit. 20. *Sec.* 31 ſed ſi propriè, tum ſignificat reditionem quaſi aut circumductionem ad feoffatorem aut ejus hæredes propter delictum feoffati, aut hæredum defectum.

Riotta eſt illicitum factum per tres ad minus perpetratum, ut eſt verberatio alterius, violenta poſſeſſionis arreptio, aut aliquid hujuſmodi. lib. 4. tit. 18. *Sec.* 50.

Robareia quid ſit. v. lib. 4. tit. 18. *Sec.* 24. & l. 4. tit. 1, *Sec.* 2.

Routa eſt progreſſus turbæ illicitè conflatæ ad illiciti facti perpetrationem, à Gallico (route) id eſt, turmâ, catervâ, grege. l. 4. tit. 18. *Sec.* 50.

S.

Sac eſt regale privilegium, quo qui gaudet, pœnam actori calumnioſo, ſi crimen alteri objectum non probaverit, aut reo, ſi verè eum accuſari conſtet, impoſitam ſibi vendicat. lib. 2. tit. 2. *Sec.* 7.

Scaccarium, eſt tribunal illud quo res fiſci tractantur.

Scandalum magnatum quid ſit. vide lib. 4. tit. 4. *Sec.* 4.

Scriptum de ſtatuto mercatorio quid quid ſit. v. lib. 3. tit. 22. *Sec.* 5.

Scriptum de ſtatuto ſtapuli quid ſit. vide lib. 3. tit. 22. *Sec.* 6.

Scutagium quid ſit. v. l. 2. tit. *Sec.* 5.

Secta ad curiam quid ſit. v. l. 2. tit. 3. *Sec.* 29.

Sect

Secta ad molendinum quid sit. v. l. 2. tit. 3. *Sec.* 30.
Secta regalis quæ. v. lib. 2. tit. 3. *Sec.* 29.
Secta Regis quid sit. v. l. 4. tit. 18. *Sec.* 34.
Seisina est possessio, à Gallico (Seisir) id est, possessionem capere.
Sergeantia quæ & quotuplex sit. vide lib. 2. tit. 3. *Sec.* 2. & 3.
Servitium militare quid sit. v. l. 2. tit. 3. *Sec.* 1.
See lib. 2. tit. 2. *Sec.* 7. significat inquisitionem Nam (to seeke) nostrâ linguâ idem est quod inquirere aut quærere. Unde qui hoc regali privilegio gaudet, Johannis Skeni judicio, videtur habere sectam de hominibus suis in curia secundùm consuetudinem regni. Quod enim (soc) apud antiquos dictum est, hodie (soyt) apud Scotos, quod (suyte) nostra lingua significat, appellari affirmat. Ideoque qui hoc privilegium habet, habet potestatem tenendi curias in sua baronia. Skenus de verb. sig. verb. Sok.
Socagium quid & quotuplex sit. v. l. 2. tit. 3. *Sec.* 21. & 22.
Socmanni sunt qui tenent per servitium aratri. vide Socagium.
Specialitas quid v. l. 4. tit. 3. *Sec.* 4. in fine.
Statutum de mercatoribus quid sit. v. lib. 3. tit. 22. *Sec.* 5.
Subvicecomes est officialis aut deputatus vicecomitis.
Summonitio quæ sit. v. l. 4. tit. 11. *Sec.* 3.

T.

Tallium est tessera lignea in duas partes scissa aut dississa, quarum utraque debitum æquè continet, & altera per creditorem, altera per debitorem ad meliorem rei memoriam custoditur. vide lib. 3. tit. 22. *Sec.* 8.
Tallium. vid. Intalliatæ terræ.
Tenementum apud nos nihil aliud videtur significare quàm prædium urbanum apud authores juris civilis.

Tenens

Tenens per conſuetudinem Angliæ quis. ſit. vid. li. 2. tit. 2. *Sec.* 18.

Tenens per copiam rotulorum curiæ. v. Copia rotulorum.

Tenens per elegit. vid. Elegit.

Tenentes conjuncti qui ſunt. v. l. 2. tit. 2 *Sec.* 14. & lib. 3. tit. 24. *Sec.* 2.

Tenentes in communi qui ſunt. vid. lib. 2. tit. 2 *Sec.* 14. & lib. 3. tit. 24. *Sec.* 5.

Tenura in capite quid ſit. v. l. 2. tit. 2. *Sec.* 4.

Theam, lib. 2. tit. 2. *Sec.* 7. quod & aliàs Them dicitur, eſt regale privilegium quo qui fruitur, habet villanorum propaginem, id eſt, poteſtatem habendi nativos, bondos, & villanos in feudo aut manerio ſuo.

Tol. l. 2. tit 2. *Sec.* 7. eſt regale privilegium, quo qui fruitur: immunis eſt a gabellis.

Tranſgreſſio quid ſit. vide lib. 4. tit. 1. *Sec.* 2. & tit. 3. in princ.

Tumberella l. 4. tit. 10. in princip. ſignificat, aliquorum judicio, Plauſtrum in quo fornicationis aut adulterii rei contumeliæ cauſâ per civitatem aut burgum circumferuntur, aliorum verò idem quod pilloriam.

Turuaria eſt poteſtas fodiendi cæſpites in alieno fundo vel fundo communi.

Turnum vicecomitis ad verbum ſignificat vicem vicecomitis, id eſt, duo tempora in anno, quibus ille letam univerſi comitatus tenet.

V.

Vadiare legem quid ſit. v. l. 3. tit. fin. *Sec.* finali. & l. 4. tit. 13. *Sec.* 4.

Vadium mortuum eſt hypothecâ creditori ſic oppignorata, ut fructus quos durante tempore oppignorationis producit, omnes fiant creditoris, idque ſine computo inde debitori fiendo. v. l. 2. tit. 4. *Sec.* 1. in fin.

Vaſtum ſignificat terrarum aut domorum divaſtationem.

Veredi-

Veredictum, quaſi vere-dictum, ſignificat reſponſum juratorum, quod ſuper facto eorum examinationi commiſſo, proferunt.

Vetitum nannium eſt illegitima pecorum prehenſio, & in locum illicitum abactio, ſub prætextu damni per ea abigenti facti. Quo caſu clarigationis jus conceditur.

Vicecomes eſt Regis officialis qui ad comitatus gubernationem quotannis conſtituitur, & partim Judex eſt, ad cauſas ſciliçet minores quæ ejus juriſdictioni ſubſunt, lib. 4. tit. 2. in princ. partim miniſter & mandatarius Regis. l 4. tit. 11. *Sec.* 3.

Vidua Regis eſt illa, quæ dotem legitimam è terris & tenementis viri ſui quæ in capite de corona Regis tenebat, regis auxilio ſibi aſſignari, petit.

Villanus in groſſo. v. Groſſus.

Vjllanus ſervus eſt, à gallico (villein.)

Villenagium aliquando eſt circuitus manerii vel feudi cui villani adſcribuntur: ponitur etiam aliquando pro ipſo ſervitio quod villani domino feudi præſtant. l. 1. tit. 3. *Sec.* 4. & l. 2. tit. 3. *Sec* 22.

Viſus franci plegii eſt inquiſitio aut examinatio, an omnes duodenarii & ultra liberum plegium habeant, id eſt, ſponſorem capitalem quòd regis pacem conſervabunt. Hoc apud majores noſtros in uſu fuit. Sed hodie ſtatur juramento cujuſque qui annum duodecimum complevit. Hoc autem præcipuum eſt, quod in omni leta fit. v. Leta.

Utlagatus eſt exlex.

W.

Wainagium comprehendit omnia illa tam jumenta quàm alia inſtrumenta quæ ad cultum agrorum & fruges colligendas ſunt neceſſaria. Hæc ſub nomine peculii leges Romanæ continent.

Waivium quid ſit. v. l. 2. tit. 1. *Sec.* 44, 45. l. 2. tit. 6. *Sec.* 3.

Warantizare eſt aliquem de evictione rei venditæ aut donatæ

donare ſecurum promiſſione reddere.

Warantus aliquando ſignificat eum qui cavet de evictione, aliquando ipſam cautionem quæ alias & warantia dicitur, li. 1. tit. 23. *Sec.* 5. quid ſit Warantia. v. l. 2. tit. 19. in princ. item, lib. 3 tit. 24. *Sec.* 2. in fine Warantus, lib. 4. tit. 12. *Sec.* 2.

Warenna provenit à Gallico (garenne) id eſt vivarium. Hæc apud nos poteſtatem ſignificat, vel charta regia vel præſcriptione obtentam venandi ſibi cuniculos aut lepores, vel etiam occupandi phaſianos & perdices intra limites feudi ſui.

Wepona idem fere ſignificat quod telum apud Latinos, vide lib. 4. tit. 18. *Sec.* 47.

Wreckum ſignificat torum illud quod è naufragio ad terram appellitur, niſi animal ſit. Nam animal appellens facit ut naufragium in Wrecki cauſam non incidat, & ut bona quæ ſervari poſſunt, non fiſco cedant, ſed dominorum permaneant, ſi infra tempus limitatum vendicentur, lib. 2. tit. 1. *Sec.* 7. *Sec.* 26.

FINIS.